gitur. quia multi ex ea chriſtum reco-
gnoſcentes: ꝛ credentes: retrorſū ad
eum ingemiſcens: mox cū in lege quē
mortuū eſtimabat inuenit. Qui vero
ad exteras ire vltronei tenebras de-
creuerunt: vſq; hodie huc illucq; iſta
biles acſi eam portant ignominie ſue
ſignum: ꝛ ſemꝑ captiui ad babilonē
ſcꝫ ad confuſionem trahunt̄. Unde
velim agas tandem anima expergi-
ſcere. Noli queſo licet in ꝓfundo ma-
lorum dimerſa contempnere: retror-
ſum ad ea que omiſeras virtutū ope
ra ſuſpirans: memento vnde cecide-
ras. Et ſi queris vnde: ſane de celo
vbi noſtra conuerſatio eſſe legit̄. Un
de Paulus. Noſtra inquit conuerſa
tio in celis eſt. Memento quo nomē
tuum quando ad baptiſmi gratiam

intraſti dederas:ꝛ in libꝛo vite dilige
tius cōſcribendū tranſmiſeras. Mi ſi
cecidiſſe te recognoſcis. nomenqꝫ de
letū tuis ingruētibꝫ malis exiſtimas
ſi nihil aliud q̄ꝫ tenebras mortēqꝫ ha
ctenus intendis:retroꝛſuꝫ reſpice cō
uerſus ꝛ audi vocē te poſt tergū mo
nentis gemens. Fateoꝛ ꝙ mox vitaꝫ
tibi ieſum ſcꝫ aſtantē inuenies. Quē
ſequi ſi nō deſieris fide: aſcendentem
ad patrem:eandē vitā illuc vnde coꝛ
rueras repoſitam inuenies.

## Teth.

ſ. Sordes eius in pedibus eiꝰ:nec recoꝛdata eſt finis ſui. Depoſita eſt vehementer:nō hn̄s ꝯſolatoꝛem

Seruat luctū ꝙ inſtabilis facta ē hie
ruſalē nimis:ꝛ ideo moꝛe ſemꝑ vian
tium ſoꝛdes eius ploꝛat habere in
pedibꝰ nō ꝙ ad litterā ſolūmō eā lu
geat tantꝰ ꝓpheta:eo ꝙ ſoꝛdidos geſ
ſerit pedes. qꝺ friuolū ſatis videri ꝑt
ſed quia ſm̄ interioꝛē hoiēꝫ pollutos
habeat pedes. Unde ſoꝛdes inq̄t eiꝰ
in pedibꝰ eius. Habuit autē et ſyna
goga pedes ſuos. eos videlicet q̄ eaꝫ
efferre debuerāt per viā que xp̄us eſt:
ad omnia ꝟtutū incitamēta. In qui
bus profecto quia ſoꝛdes eius erant
ſcelera ſcꝫ ꝛ delicta. nō eſt recoꝛdata fi
nis ſui. Idcirco depoſita eſt vehemen
ter: de ſolio regni ad ignominiā tan
te captiuitatis Dupliciť nanqꝫ illam
plangit aut tripliciter: vł qꝛ tanta cō
tra deū gens illa cōmiſit piacula. vel
qꝛ ꝓ his in pn̄iaꝝ ſine fructu pnīc:
tam nefanda ꝑtulit diſcrimīa. Deide

qꝺ ꝯuiꝰ eſt poſt flagella qꝛ noluit ad
deū redire:atrocioꝛa ſibi adtraxit ſup
plicia. Hic quoqꝫ nō eſt inq̄t recoꝛda
ta finis ſui. Finis aūt legis ad iuſtici
am xp̄s. Et inde eſt qꝺ ſuſtinuit quia
noluit recoꝛdari vel recipere: q̄ finis
eſt nō minus eiuſdē nō legis ad gra
tiam: q̄ꝫ ꝛ totiꝰ cōſummatiōis ſeculi
ad ꝑfectionē. Pro quo tantis ꝑpeſſa
malis:vix tandē ꝓpꝛia ſua voce vehe
menter exclamat dicens.

## Uide dn̄e afflictionē meam:quoniā iratꝰ eſt inimicus meus

A principio nanqꝫ huius fletus vſqꝫ
ad hunc locū lamentationes ſunt ꝓ
phete ac verba:ab hinc aūt iam ipſa
ſua incipit deflere delicta: vel retribu
tionis ſue ſupplicia:ꝛ ideo reoꝛ ꝙ iu
re Theth littera ꝑponiť. Theth q̄ppe
bonū interpretať. Bonū inq̄t ꝓpheta
ꝙ humiliaſti me. Ergo humiliata
hierl'm in omnibꝫ vehementer: iā nō
ꝓphetam ſuſtinet ploꝛantē:ſed ipa cū
ingenti luctu exclamat dicens. Uide
dn̄e afflictionē meaꝫ:ac deinde moꝛe
iudaico vult iudicē deuꝫ excitare: ad
zelū ꝛ odiū hoſtiū: qm̄ erectus eſt in
quit inimicus meus: ac ſi dicat cōtra
te in ſuꝑbiam:eo ꝙ nō tuo factū iudi
cio in me iudicet:ſed ſuis deputat viri
bus:ſuaqꝫ laudat numina. Id circo
vide ꝑmū afflictionem meā crudeleꝫ
ꝛ non facinoꝛa mea pro quibus iſta
patioꝛ. Deinde ꝙ erectus eſt ꝯtra te
inimicus meus. ¶ Myſtice aūt nr̄a
hierl'm ſoꝛdes geſtat in pedibus:qꝛ
in hꝰ vite ſolitudine nemo ſine ſqua
loꝛe incedit vicioꝝ:ſaltim in pedibꝰ q̄
bus terram ꝑmamꝰ. Unde ꝛ dn̄s vt
formam humilitatis ſuis traderet di

ſcipulis pedes coꝝ lauit: ⁊ ad inuicē
nos lauare iubet: vt intelligamus di
ſciplinā humilitatis in hac puluerea
vita: q nemo ſine ſordibus ambulat
Propterea ⁊ alibi apl'us excutere iu/
bet: q2 quāuis ſpecioſi dicanť pedes
iuxta apl'm euāgelizantiū bona, euā/
gelizantiū pacem. apl'os volēs intel/
ligi: vel apl'icos viros. quoꝝ (vt dixi)
dn̄s idcirco pedes lauit vt pulcri eēnt
⁊ mundi ad p̄dicandū. vt in toto ter/
rarum auro mundi ſac p̄cioſi diſcurre
rent: breuiq3 doctrina xp̄i mundū im
plerent. De q̄bus plane p̄dicatorib⁹
xp̄s ad ſponſam in canticis. Quā pul
chri ſunt inquit greſſus tui in calcia/
mentis tuis filia principis: q̄ pulchri
q̄dem p̄ceptoꝝ dei via currētes: alijs
eccleſie membris ducatū preſtando
cōlaudanť: nō ſui nuditate arbitrij ſ3
munitione atq3 ꝓtectione diuine re/
parationis. Ex quo ⁊ greſſus cōlau/
danť pulchri in calciamētis: ⁊ calcia/
ti pedes in p̄paratōne euāgelij pacis
eſſe iubentur. Alioq̄n gemebundi ele
cti plangunt: nō immerito in p̄ſentia/
rū ſacerdotū reprobā vitā ⁊ dicť: q
ſordes ſponſi xp̄i in pedibus ei⁹: nec
ſunt recordati finis ſui quaſi omnino
eorū culpa toti⁹ eccl'ie ruina nō eſſet.
Habet eīn ⁊ ipſi pulchritudinē ſuam
ſed nō illā que a dn̄o laudať. Unde q̄
tiens venit ſponſus pulſans ad oſtiū
eccl'ie: multis eā tribulatiōib⁹ ſtimu
latā inuenit: aut ſecurā eā3 nimijs af/
fluentem delicijs: carniſq3 occupata3
opibus: p que hoſtis ad eam ingreſ/
ſus clauſit oſtiū cordis: ne ſponſo pa
teat intrandi loc⁹ ꝯtradicit. Aperi mi
hi ſoror mea amica mea: colūba mea
immaculata mea: q2 caput meū ple/
nū eſt rore: vel cetera q̄ ſequunť. Qui
bus ꝑfecto quā ſepe mali ſacerdotes
blandicijs deliniti: nequaq̄3 intelli/
gunt ſororem xp̄i ⁊ amicā: nequaquā
ſatagunt eam excitare: vt ſedulo cor/
de ſponſi ſui aduentum ingemiſcat:
ſimplex vt columba: immaculataq3
maneat: immo ſi nō verbis de talib⁹
⁊ p talibus ope ipſa loquiť. Expolia
ui me tunica mea: quomō reinduar
eam. Laui pedes meos quomodo in
quinabo illos? Qm̄ omnino peſſi/
ma conſuetudo vix aut nunq̄3 tolliť.
Unde doctores expoliati tunica cha/
ritatis que ſola cooperit peccatorum
ſordes: torpent ac ſi puellarū delica/
ta aliqua lotis pedib⁹ que expoliata
de lectulo quiet3 nolit adſurgere: pra
uaq3 cōſuetudinis ſue oblectamenta
reuocare. Sicq3 tales nolunt dilectō
nis dei ⁊ primi: tunicā expoliati rein/
duere: nolunt pedes quos ſemel de
via anguſta ſubtraxerant: p malā de/
liciaꝝ ꝯſuetudinē ⁊ deſidie: quos aq̄
lotos cum magna cōtritione cordis
rurſus ad p̄paratonē euangelij diri/
gere. Quib⁹ quaſi exoſa eſt iam om̄
nis vtilitas: ⁊ cōtentus ſeculi: om̄ia/
q3 ſanctoꝝ exempla ⁊ rigor atq3 pau
pertas xp̄i diſciplina eſt. Qui l3 molli
ter requieſcant: delicioſi: accurati cu/
te: tamen ſordes vicioꝝ geſtant in pe
dibus: Und ſanctoꝝ chorus plorās
Sordes inq̄t ei⁹ in pedibus ei⁹. Nec
recordata eſt finis ſui: q2 omnino ta/
les finis ſui ſi recordarenť iudicioꝝ
nunq̄3 hinc exorbitarent a via q̄uis
anguſta dicať. Hinc quoq3 depoſita
eſt inquit vehementer: nō habens cō
ſolatorem: quia ⁊ ſi videnť inſtare ſu
is exornati deliciarū infulis: depoſiti
ſunt iam in cōſpectu diuine maieſta/
tis: nō habentes ſpm̄ ſanctū conſola/
torem: qui alios cōſolari debuerant:
⁊ ab omnibus releuare anguſtijs.

¶ Tropologice vo anima ſordes ſu/
is habet in pedibus: que viciorū pol/
luta ſordibus: thronū celeſtis vite ꝑ/
diderit: ⁊ candorē priſtine cōuerſatio
nis. De qua bene Eſaia. Cōſurge cō/
ſurge inquit hierl'm: excutere de pul/
uere: ſurge ⁊ ſede. Neqꝫ em̄ fieri pōt:
vt aīa que foris expoſuerit vias ſu/
as tranſeuntibꝰ: terreniſqꝫ ſe ſociaue/
rit actibus: ne ſordes habeat in pedi
bus. Unde q̇dam ſanctoꝝ. Humili/
ata eſt ait in puluere aīa noſtra: con
glutinatus eſt in terra venter noſter.
A quibus deniqꝫ ſordibꝰ cottidie la/
uandi ſunt pedes. ne forte obliuiſca/
mur finis noſtri ⁊ deponamur ad ig
nominiā culpariꝫ abſqꝫ vllo intrinſe/
cus cōſolatore. Dicat ergo anima. di
cat ⁊ eccleſia talibꝰ ſorditata vł depo
ſita pulucreis actibꝰ. vide dn̄e affli/
ctionem meā qua me indeſinenter af
fligit inimicus: ⁊ cōſidera nō peccatū
q̇dem vt puniaꝛ: ſꝫ afflictionem qua
affligor vt liberer: qm̄ erectus eſt ini/
micus meus qui nō tuis aſſcribit iu/
dicijs ꝙ ꝑualeat: ſed ꝙ liberare neq̄/
as inſultat: Ex quo propheta Dauid.
Multi dicūt (inquit) anime mee: nō
eſt ſalus illi in deo eius. Idcirco cum
ingenti gemitu anima nūc implorat:
unde dn̄e. ⁊ cetera que ſequunt̄.

# IOTH

m Anū ſuam miſit
hoſtis ad omnia
deſiderabilia eius quia
vidit gentes ingreſſas
ſanctuariū tuū. de qui/
bus p̄ceperas ne intra/
rent in ecleſiam tuam

Ubi Ioth quantū intelligo recte pre
ponitur: quatinus ſcire liceat: ꝙ prin
cipium ruine hieruſalē eorumqꝫ ani/
marū fuit: quia dominus vidit gen/
tes ingreſſas ſanctuariū ſuum. ſpiri/
tus videlicet immundos carnaleſqꝫ
effectus de quibus mandarat prius
ne intrarent in eccl'iam ſuam: ⁊ ideo
quia primū ingreſſe ſunt in animabꝰ
eorum gentes immūdarū cogitatio/
num. miſit hoſtis manū ſuam auda/
cter ⁊ potenter ad omnia deſiderabi/
lia eius. ſcilicet ad ſancta ſanctorū in
quibus nō licebat niſi ſolis ſacerdoti
bus introire: in anno cum ſanguine.
Miſit quidem manū ⁊ abſtulit om/
nia vaſa decoris ⁊ ꝓfanauit ſanctua/
rium dei. Sancta ſanctorūqꝫ ꝓſtitu
it. deiecit ac polluit. Quia prius dn̄s
ob immanitatē ſcelerūꝫ repulit ea. in
quibus habitauerat inter homines:
⁊ tradidit in captiuitatē virtutes coꝝ
⁊ pulchritudinē eorum in manus ini
mici. Cōcluſit quidem in gladio po/
pulū ſuum: ⁊ hereditatem ſuam ſpre/
uit. ¶ Scd̄m anagogen vo ⁊ ſi pau/
ca premiſcuimus habet ſponſa chri/
ſti hierl'm: que eſt mater noſtra: ſua
deſiderabilia ex quibus non licet ede/
re: qui ex aduerſo ſunt. Ad que nimi/
rū hoſtis interdū manū mittit: quia
prius gentes ingrediunt̄ ſanctuariū
dei carnis amplectētes ꝑpuciū: ⁊ nō
habentes circūciſionē xpi: mali vicꝫ
miniſtri altaris ſeu heretici q̇ magis
etiā ad offenſam ꝓuocant oculos di/
uine maieſtatꝭ. Pro quoꝝ erratibꝰ ⁊
delictis miſit hoſtis manū ſuam ad
omnia deſiderabilia eius. fidē indiui
due trinitatꝭ cōtaminās. baptiſma re
ſcindens: corpus ⁊ ſanguinē dn̄i indi
gne contrectans: doctrinā ſuā cōrum

pens:om̄ia queq͡ȝ vaſoꝝ precioſa ſcȝ
oues xp̄i quaſi lupꝰ deuaſtans: ꝛ hoc
eſt principiū tanti piaculi:q͡ȝ indigni
eccl'iam dei ingrediunꝭ. Qđ ſane ma
lum illos in capite reſpicit: q̄ talia cū
poſſent ꝓhibere ne fierent: negligūt
¶ Sed ꝛ anima tropolice plangiꝭ a
ꝓpheta. ſanctiſq͡ȝ viris quā ingreſſi q̄
bus non eraꝭ licitū eam attingere: cō
taminant ſcȝ ꝑuerſe cogitatiōes ꝛ vo
luptates praue. Quibus ingreſſis ex
terminant ſignū circūciſionis noſtre
qđ eſt ſignū fidei: ꝛ polluiꝭ incircūci-
ſe mentis ꝓputio ſanctuariū tante ꝓ
feſſionis. Tunc itaq͡ȝ ꝓfanato iā tem
plo cordis intus: mittit manū ſuā de
mū audacter hoſtis ad om̄ia eiꝰ deſi
derabilia: ꝛ aufert om̄ia virtutum or
namenta. Nōnunq͡ȝ vo primū ener-
uat fidem dei: que iudicia aufert. the-
ſauros totius maieſtatis dei euacu-
at: vicioꝝ incitamēta mouet: exacuit
virus. Deinde dum mens deliberat
pulſantibꝫ vtrum aperiat quandoq͡ȝ
ſpem immutat: ꝛ ipſe ꝓ ſpe omniū re-
rum inuiſibiliū q̄ nō videnꝭ ꝛ credun
tur future: penitentie ſpem repromit
tit ſibi carnalis delectatō iam infecta
Sicq͡ȝ quaſi ſecurior anima ꝓmum
charitate dei ac ꝓximi. ſuiq͡ȝ expoliaꝭ
tū omnis fidei armatura tolliꝭ: ꝛ pro
ſterniꝭ fortitudo: ꝛ ex integro hoſtis
ad omnia deinde manū mittere non
formidat. Tunc itaq͡ȝ pudicicia corrū
piꝭ: violaꝭ caſtitas: gule cōcupiſcenti-
am archimagirus ille ꝑnceps coco-
rum exaggerat: vt om̄es anime mu-
ros deſtruat ꝛ inflammet: prudentie
oculos effodit: iuſticie veſtem cōſcin-
dit: pacem ꝛ cōcordiā tollit: ferit man
ſuetudinē: modeſtiā elidit: benignita
tem exaſperat: ad vltimū aufert gau
dium ſancti ſpiritus: ꝛ ſic quaſi deuin

demiatam omnibꝫ bonis miſerā ani
mam ſine cōſolatore: ac nudā in ſuo
ſanguine derelinq̄t. Vn̄ ſequiꝭ

# CAPH

O Mnis populus
eiꝰ gemens que-
rens panem dederūt ꝑ-
cioſa queq͡ȝ pro cibo ad
refocillandā animam

Vide q̄d ꝓfuerit qꝫ ꝓpheta ſe nō plā
gentem hierl'm planxerit. Naȝ ſupra
in quibuſdā ſuis ſe planxiſſe q̄ſi nobi
lioribꝫ membris lugēs ꝓpha ꝯqueriꝭ
Nunc vo iam gemens recepto vitali
ſpū om̄is ꝑplꝰs ꝯhibeꝭ. Ad hoc q̄ppe
gallina fouet oua ſua. ſuoq͡ȝ calore q̄
ſi coanimanꝭ: vt formanꝭ om̄ia intro
ſus ad vitam. Sicq͡ȝ ſpiritales viri
eos coanimare ac fouere vel plangē-
re cōſueuere: q̄ neſciūt cur plangant:
ceterū quanta mala paſſa ſit gens iu
deoꝝ in fame. peſtilentia ꝛ clade: diui
ni exponunt libri: ꝛ ioſephi non tacet
hiſtoria: quibus omnis populus ob-
preſſus malis gemit: quantaq͡ȝ dede-
rint precioſa pro cibo ad refocilandā
animam nullus eſt qui enumeraret
nō qꝫ anima iſtis alatur cibis: ſed ani
mā pro p̄nti vita poſuit ſicut ꝛ i aliis
quibuſq͡ȝ inueniꝭ locis ¶ Spiritaliꝭ au
tem recte oīs ꝑplꝰs lugere diciꝭ: quādo
famē verbi dei patitur. ꝛ querens pa-
nem q̄ de celo deſcendit a doctoribꝫ:
nec inuenitur. Pro quo ſane male vi
dentes dolent ꝛ gemūt: quia dederūt
queq͡ȝ ꝑcioſa pro cibo. ſcȝ celeſtia ami
ſerunt ꝓ terenis: ſempiterna ꝓ cadu-
cis. Ad refocillandā animā ꝛ nō ſatiꝰ
andā: quia cūcta in ꝑſentiarū miſerā

deſiderijs innumeris, ⁊ ſuccendā ani
mā refocillare quidē queunt. ſatiare
vero nunq̄. Hinc ergo oīs ppl's gemens
dicitur ⁊ querens panē: quia praua ho-
minū multitudo affligitur, ⁊ quaſi
excruciatur: dū non ad votū p̄ſentis vi
tare delitijs ac iocūditate affluēs ad
impletur. ¶ Tropolice vero aīa queq̄
p̄cioſa pro cibo dat: qñ virtutes men
tis in appetitu trāſitorie delectatōnis
inclinat: ⁊ refocillare animā nititur
dū ꝑuerſis ſuis deſiderijs ſatiſfacere
conatur. Unde oīs populus gemenſ
⁊ querēs panem plangitur: quia licet
p̄cioſa queq̄ virtutū ꝓ cibo dederint
oēs cōcupiſcētiarū affectus nō ſatian
tur viſu vel guſtu ceteriſq̄ ſenſibus, ⁊
ideo ſi que redierint virtutes intror-
ſus ad animā. vel ipſa dei recreata ſpi
ritu: vna cū omni electoꝝ multitudie
iure plangendo clamare dicitur.

**Uide domine ⁊ cōſide-
ra quia facta ſum vilis.**

Ac ſi dicatur. Facta ergo ſum vilis:
quia man⁹ dñi tetigit me. Hoc q̄ppe
Caph hebreū ſonare dicitur. Man⁹
igitur domini cum aut ad puniendā
peccata. aut ad reuelanda ſupplicia
certe aut ad inſtruendā miſeram ani
mam, negligentēq̄ eccleſiā attigerit
bene mox ad ſe rediens voce ſua dicit
Uide dñe (vt ſupra diximus) nō meoꝝ
delictoꝝ ſcelera ſed mala et ſupplicia
quibꝫ patior: ⁊ conſidera tui iuris fa-
bricā: quia facta ſum vilis. Uilis q̄p-
pe plebs dei efficitur: quādo prauoꝝ
numero creſcente infra eccleſiam non
ſumma ⁊ celeſtia: ſed abiecta queq̄ ⁊
terrena ſectantur. Anima vero que pri
us multis deprauata oblectamentis
male gloriabatur elata faſtu viciorum
cū eam manus dñi tetigerit: mox vi-
lem ſe factam recognoſcit. que fuerat
prius ad imaginē condita ſui creato
ris. Alioquin niſi manus dñi eā tan-
geret: ad tantā humilitatē gemitum
coram ſui cōditore. nunq̄ redire. Id-
circo nō abſurde Caph que man⁹ in-
terpretatur licet tacite p̄notatur. Et
vt intelligas que dixerim vocem cla-
moris audi que ſequitur.

# LAMECH

**O Uos oēs q̄ tranſi-
tis ꝑ viā attendi-
te ⁊ videte ſi ē do
lor ſicut dolor me⁹ quo
niam vindemiauit me
dominus vt locutus eſt
in die furoris ſui.**

Cui lamech ante ponitur. Lamech
nāq̄ diſciplina vel cordis ſonat: ⁊ vi-
dendum ſi nō diſciplina ſit ꝓphetalis
talis tantuſq̄ peccatoꝝ vel flagitioꝝ
dolor cordiſq̄ cōuerſio. Nam primū
poſt lamenta retrorſum ſupra conuer
ſa legitur. Deinde paulatim iam voce
ſua clamās quaſi ad ſenſum redierit
ſemel ⁊ ſecundo. Uide dñe (inquit) af
flictionem meā. ⁊ cetera que ſequuntur.
Niſi q̄ in vno coꝝ metro ludens mo-
re poetico: ita q̄ꝛ erectus eſt inimicus
meus in fine concludit. in altero vero
quoniam vilis facta ſum terminatur
Nūc quoq̄ quaſi receptis virib⁹. de
arce mentis neſcio qua ſubuecta ſyon
culminis altitudine vidēs. O vos (in
quit) omnes q̄ tranſitis per viā. Et ſi
ad litterā ꝓpriū eſſe dolentiū cogno-
ſcitur. Tanto laborem ſuum ceteris

plurioꝛē cenſere: quāto paſſionē alio/
rum minus ſtuduerint itelligere. Vñ
ꝙ maius doloꝛē ſuum: unde ꝛ alioꝛuꝫ
minus ſuo coequari conſentiūt. Ta
men ſi que reliquie ſalue facte ſunt: co
ram dño vna cū populo non immeri
to talia ꝑclamarit: qñ ꝛ ſanctificatio
deſerta omnis efficitur. deſtruuntur
altaria thimiamatis ſcꝫ ꝛ holocauſto
rum templū ad ſolū vſqꝫ diruit: pſal/
teriū eoꝝ humiliat. ymnus conticuit
ꝛ exultatio tota diſſoluit. lumē cande
labri extinguitur. ꝛ archa teſtamenti
diripitur: ſancta oia contaminantur
ꝛ vaſa queqꝫ ꝑcioſiſſima transferūtur
ad exteros: nomen quoqꝫ dei qđ gra/
uiſſimū eſt ſuper eos qđ nominatuꝫ
erat ꝓfanatur. necnō ꝛ libri cōcreman
tur. ad ignominiā ſacre legis. ſacerdo
tes vero ac leuite captiuant: virgines
inique cōſtuprantur. ꝛ mulieres me/
chia patiuntur. Deinde iuſti cum im
pijs ꝛ ſceleratis rapiuntur ad excidiū
paruuli alliduntur. iuuenes ſeruitu/
te coronantur: ꝛ fortes inualidi fiūt.
ꝛ qđ omniū ſignoꝛuꝫ maius eſt: ſyon
ipſa quia de gloꝛia ſua repulſa eſt. tra
ditur in manibꝫ impioꝝ: qui eā ſemꝑ
ꝛ deū odere. Pro quibꝫ ꝛ huiuſcemo
di talibꝫ videant quibus mens eſt ad
videndū ſi potuerint: tunc choꝛus il/
le ſanctaqꝫ ciuitas eiulare. quādo nō
minus celeſtia populus. quā et terre/
na ſimul amittebat: pſpera ꝛ delicia/
rum oblectamēta. Quoniā vindemia
uerat eam dñs iuſto iudicio ſuo om/
nibus bonis in die ire ſue vt locutus
eſt in legis ſue maledictis: ꝛ ꝓphetaꝝ
eloquijs. Ceteruꝫ noſtra ſyon cuiꝰ iā
ſm̄ apoſtolū in celeſtibꝫ eſt ꝯuerſatio
videamus quomodo ab excelſo celi
vertice in terris poſita ſua mēbra cō/
ſpiciat: ꝛ ſingula que diximus de illa
terrena cuncta in nobis expleta. nihil
cottidie explenda videat. Unde voci/
ferat ad eos qui tranſeunt per viam
flens ꝛ eiulans. O vos omnes (inqr)
qui tranſitis per viam. Et qui ſunt q
tranſeunt per viaꝫ. vel que eſt via per
quā trāſeunt: niſi ꝑfecto ſancti de qui/
bus dauid canit dicens. Euntes ibāt
ꝛ flebāt mittētes ſemina ſua. Euntes
ergo electi quātuis videant multis oc/
cupari negocijs agende vite ſemper
eunt: dum quicqđ agunt ob amoꝛē
celeſtis vite in ſpe cū fide agunt. Dein
de per viam que chꝛiſtus eſt. eius ſe/
quentes veſtigia: neqꝫ a dextris. neqꝫ
a ſiniſtris declinantes. feſtini vadūt.
Ad paſchales nāqꝫ vocati dapes. pa/
ſchalia celebrantes vota: agimur vt
iuſſum eſt ex lege feſtiuātes cōmedūt
Quos cum inſpicit eccleſia via regia
gradientes ad patriā: ipſa pꝛegnans
quia nutrit filios et generat. multis
ꝑpedita paruuloꝛū curis dolens cla/
mat dicens. O vos omnes. nō vt eos
retardet a via: ſꝫ vt eos inuitet ad cha
ritatis dona. Attendite (inquit) men/
te ꝛ videte. in intuitu dilectionis: ſi eſt
doloꝛ: ſicut doloꝛ meus: quia ſm̄ ſen
tentiā redemptoꝛiſ noſtri ex euāgelio
Mulier cum parit triſticiā habet. Et
hec ſponſa xp̄i virgo quia parit et ge/
nerat: nutrit ꝛ lactat: omniū noſtruꝫ
mater in triſticia contriſtatur ꝛ in hu
militate luget. quoniam videt ꝙ pene
omnes in perditionē vadunt. ꝛ exter
miniū vite: In alijs quidē vſqꝫ moꝛ/
tem periclitatur: ab alijs vero pariēs
ꝑſequitur. alios teneros lactat. alios
exaſperatos vix ad vias vite reuocat
alios ire nolentes ꝛ pigros expectat
alios ꝑcipites vt cū ſuis cant. caſtigat
ne forte tales hoſtis extra caſtra inue
niat: nimirū quia omnes iſti trāſeun

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

tes. per viam cũ ſponſa xp̄i in caſtris
militant. De qua ſane in canticis que
eſt (inquit) iſta que aſcendit per deſer/
tum ſicut aurora cõſurgens. pulchra
vt luna, electa vt ſol. terribilis vt ca/
ſtrorum acies. Ad quos itaqꝫ tranſe/
untes vel aſcendẽtes, fit vox ab excel/
ſioribus mẽbris. O vos oẽs qui tran
ſitis per viam, attendite ⁊ videte ſi eſt
dolor ſicut dolor meus: quia ſũt alia
que ꝓ his omnibus ingemiſco. alia q̄
ab his que intus foriſue ſunt tolero:
alia vero que quia differor ex deſide/
rio ſuſtineo. Pro quibꝰ ⁊ aliis huiuſ/
cemodi diſpendiis vos imploro: qui/
bus cor eſt attendite licet ad brauiū
ſuperne vocationis vos deuotio in/
defeſſa rapiat. Videte queſo dolorem
meũ: quia iuxta exemplar quod mihi
oſtenſum eſt volui filios quos genui
ꝓducere. ⁊ cõpaginari: ſꝫ oberrantes
vel ſpernentes aut elanguẽtes, pauci
ſunt, q̄ expediunt iter. Pro q̄bus in/
diuerſa rapior. infirmor cũ infirman
tibus: ⁊ vror cum ſcandalizantibꝰ. fio
iudeis tanq̄ȝ iudeus. ⁊ omnibꝰ oĩa
ſum facta, nec tamẽ queo ad meliora
vniuerſos ꝓuehere. Idcirco lugeo in
deſinenter etiã eos, q̄ peccauere ⁊ nõ
egere penitentiã. Diſtentor ſollicitudi
ne multa omniũ eccleſiarũ dei: ⁊ gau
deo cum gaudentibꝰ: fleo etiã ⁊ cum
flentibus. Propterea obſecro atten/
dite ſi eſt dolor ſicut dolor meus: ma
xime ꝓ talibus quia imoror. Extendi
te oculum ad illud extremi iudicii tẽ/
pus: ⁊ videte quoniã in die furoris
ſui meſſuit me dñs. vel vindemiauit
vt locutꝰ eſt: ꝙ redderet vnicuiqꝫ iux/
ta opera ſua. Et ideo palearũ multi/
tudinem ſimul ⁊ ſtipulam cũ omni lo
lio: vel quicq̄d degenerauit a vero ſe/
mine tradidit igni inextinguibili. Nec
tibi videatur lector abſurdũ q̄d prete
ritum ſuper futurũ interp̄tati ſumus
ex cõſuetudine ꝓphetarũ: quia ea que
futura ſunt apud deū iam ſic ſunt vt
futura ſunt. ⁊ ideo in ſcripturis diui/
nis quã ſepe p̄terita ꝓ futuris accipi/
tur. Anima vero mortaliter videns
ſe ꝑgrauari viciis: nec tamẽ a deo ce/
cata vel depoſita. ne videat alios feſti
nantes cũ ingenti deſiderio tendere
ad ſupernã patriã virtutũ greſſibus.
Et non dico tendere vel trãſire: verũ
etiã euolare cũ ſumma celeritate: po/
ſterioraqꝫ dorſi earũ in pallore auri.
Quas cum viderit bene per viam vir
tutum gradientes incedere. imo euo/
lare. anima quelibet vt diximus deli/
ctorũ oppreſſa malis: quid putas lan/
guens dicatur. Ex ſi oculi ſunt vt vide
at. ⁊ cor vt itelligat: nõne mox gemẽs
licet malis deprauata moribꝰ cum in
genti merore iure clamat dicens. O
vos omnes q̄ tranſitis per viam. at/
tendite ⁊ videte q̄bus iaceo ſauciata
vulneribus. quibus cruenta malis.
quibꝰ adſtricta vinculis: q̄buſqꝫ one/
rata flagitiorũ ponderibꝰ vel quibus
debilitata ⁊ infecta cottidie paſſioni/
bus: q̄m iuſto ſuo iudicio culpis in/
gruẽtibus meis vindemiauit me do/
minus vt locutus eſt. q̄n iam ꝓ pena
peccati nõ ſolũ amiſi bona virtutum
omnia. quibꝰ me decorauerat ſpõſus
verum retrorſum et inferni de ſummo
celi vertice periui ꝓfundũ. Tradidit
me quidẽ in die furoris ſui. meis exa/
cerbatus malis in reprobũ ſenſum:
vt facerẽ ea que nõ cõueniũt. Et ideo
tantis inuoluta criminibꝰ: vos om̄s
qui p̄ſentẽ cõtẽpſiſtis vitã. nec fixiſtis
in ea greſſus. nec quaſi viã eam aſpi/
citis qui vobis viã que xp̄s ẽ elegiſtis:
queſo q̄ tranſitis ꝑ viã cõſiderate ſi ẽ

doloꝛ ſicut doloꝛ meꝰ. Que celeſtia ⁊
ſempiťna inlecta malꝰ amiſi: ⁊ tã dira
ſupplicia in die ire thezaurizaui. Et ſi
adhuc aliquid in vtero mentis. quaſi
pregnãs habere videoꝛ virtutũ ⁊ enu
trire cupio affectus. mox audio ſpõn
ſum clamantẽ. Ue ꝑgnantibꝫ ⁊ nutri
entibus: eo ꝙ iſtcdũ meis ꝑgrauata
ſeribus: nõ dico euolaret: verũ nec in/
cedere valeo vobiſcũ. Unde ſequit̃.

# MEM

D E excelſo miſit
ignez in oſſibus
meiſ ⁊ exaudiuit me Ex
pandit rete. pedibꝰ me/
is. cõuertit me retroꝛſũ
Poſuit me deſolatã. to
ta die meroꝛe confectã.

Ergo de celo miſiſſe ignem in oſſibus
hieruſalẽ ſupernã vindictaz inſinuat
Et ille forte ignis conſtat miſſus de
quo in Job legimus. ꝙ tactas oues
ignis dei q̃ de celo deſcẽdit. pueroſq̃
cõſumpſit: aereas inſinuans poteſta
tes. quibus cruciandi eos vſq̃ hodie
poteſtas datur. Et bene ĩ oſſibꝫ ignis
miſſus dicit̃: vt oĩa iudeoꝛuz q̃cunq̃
foꝛtia eſſe videant̃. interius exteriuſq̃
poſſeſſa flagellis erudirentur qui pia
dei monita prius noluerant audire.
Sicq̃ addiſcerẽt eũ omnimodo de/
inceps ſubici deberẽt Uñ (inq̃t) ⁊ eru
diuit me. Expandit autez rete pedibꝫ
eoꝝ quia eos poſt voluptates ⁊ deſi/
deria cordis eoꝝ ꝓſpere vſq̃ ad finez
vite ire nõ ꝑmiſit: ſed cõuertit eos re/
troꝛſum vt doloꝛes ⁊ duriſſimas ſen/
tirent anguſtias tribulationis ꝓ ſuis
peſſimis adinuentionibꝫ. Et aũt po/
ſita ponitur deſolata: tota die meroꝛe
cõfecta. ipſe viſus ꝓbat. ꝙ tota die ſcꝫ
vſq̃ ad finẽ ſeculi ſemꝑ in deſolatiõe
iudei erũt: meroꝛe anguſtiarũ ꝯfecti.
¶ Scðm allegoriã xo ex ipſis illi q̃
credidere. vel noſtra hieruſalẽ que ſi/
mul vna facta eſt de gentibꝫ. merito
de excelſo (inquit) miſit ignez in oſſibꝫ
meis: vt omnia ṽtutũ foꝛtia roboꝛa/
rentur intrinſecus in eccleſia. ⁊ erudi/
retur diuinitus ne vltra idolis deſer/
uiret. ⁊ va〈r〉ijs oblectaret̃ ſeculi blandi
mentis. Et hoc eſt ꝙ Mem littera ſo
nare deſignatur. Mem nãq̃ ex ipſis
interꝑtatur. Ex ipſis ergo donis que
per ignẽ ſancti ſpũs ſunt miſſa xp̃i ec/
cleſie in oſſibus. gratulabũda gemit
ꝙ erudierit eã ad doctrinã caſti amo
ris. ⁊ ex ipſis confundit̃ ⁊ erubeſcit er
roꝛibus. ⁊ vicijs quibꝫ male deſeruie/
rat prius. Expandit (inquit) rete pedi
bus meis ⁊ conuertit me retroꝛſum.
Nimirum rete ſancte ꝑdicationis ex
pandit coꝛam pedibꝫ electoꝛũ dei. ne
irent poſt vanitates erroꝝ ⁊ cõcupi/
ſcentias vite: ſicq̃ cõuertit eos vt irẽt
poſt ſe retroꝛſum. Qð ſane rete aplis
cõmiſit expandere: vel apoſtolicis vi/
ris: nõ ſolum vt eã que ploꝛat retrahe
rent ad viã veritatis: verum vt irreti
rent ⁊ acciperẽt. ⁊ cõuerterent̃ retroꝛ/
ſum. Hinc vnus electoꝝ ab omni via
mala (inquit) pꝛohibuit pedes meos.
Sed quomõ poſuerit eam deſolatã
tantis ditatã muneribꝫ: niſi ꝙ in ꝑſen
tiarum q̃ſi deſolata videtur eccleſia.
q̃ non ꝑſentia bona r〈e〉q̃rit ſed eterna
Poſita nãq̃ eſt. deſolata ex his om/
nibus q̃ prius ſectabat̃: tota die me/
roꝛe confecta doloꝛis ⁊ amoꝛis. Ex q̃
ſupꝛa etiã ad eos q̃ ꝑtranſeunt. imen
ſas lachꝛymarũ ſuarũ emittit voces.

O vos omnes ⁊ cetera q̄ ſequuntur.
Porro anima peccatis obnoxia: dū
ꝓ ſuis iniquitatibꝫ a dn̄o nōnūq̄ȝ cor/
ripitur: ad ſe introrſus rediens dū ſa/
lubri dolore compungit᷑: quaſi de ex/
celſo in ſuis oſſibus ac ſi medullaruȝ
cogitationibꝫ ignem veniſſe non du/
bitat᷑. Pro quo diuinitus adtacta ca
ſtigat᷑: ⁊ eruditus diſciplinis diuinis
Et q̄ꝛ ſentit retia doctrinā dei coram
pedibus expanſa: vadit retrorſuȝ ab
ſtinendo ſe ab inlicitis. Luxum volu/
ptatum ſuarum priſtinū: ⁊ concupi/
ſcentias in lachrimas ꝯuertit. Et tan
to fortius conſtringendo ſemetipſaȝ
plangit: merore luctus confecta. no/
lens illam p̄ſentis vite noxiā recipe/
re conſolationē: quanto ſceleſti⁹ ꝑ va
ria deſideria ſe diutius cōſiderat ob/
erraſſe.

# NVN

V Igilauit iugum
iniquitatū mea/
rū in manu eius: conuo
lute ſunt ⁊ impoſite col
lo meo.

Vigilare igit᷑ iugum iniquitatū ſua/
rū deplorat in manu dn̄i: q̄ꝛ temp⁹ de
late vindicte tandē in eam aduenit.
Ergo q̄ſi dormire iugum iniq̄tatꝫ eo
rum fuit: in torpore nequicie ſecure i/
puneq̄ȝ quieſcere. Sȝ vigilauit in ma
nu domini: iuxta q̄ꝺ idem ꝓpheta do
mino interroganti reſpondit dicens.
Quid tu vides ieremia? Et ille. Ego
inquit video virgam vigilanteȝ. Cui
dn̄s. bene inq̄t vidiſti, q̄ꝛ vigilabo et
ego ſuꝑ verbo meo vt faciā illō. Quia
nimirū licet nobis torpentibꝫ latean
tur: vigilant ſemꝑ in manu dn̄i dum
nos ad vindictam iuſte retributiōis
accuſant. Unde dn̄s Cayn neganti.
Quid feciſti? Ecce vox inquit ſangui
nis fratris tui Abel clamat ad me de
terra. Et cōuolute ſunt inquit iniqui
tates meȝ tanti ponderis quo premor
⁊ impoſite collo meo. Quā bene inq̄ȝ
ꝓ torque aurea: funiculo iniquitatis
hierl̄m collo ſuo circundat᷑: ⁊ q̄ſi iu/
go premit᷑: vt vigor virtutis deficiat
Quia cumulū pctōꝝ queȝ diuturno
tempore varijs tranſgreſſionibꝫ coa
ceruauit: opprimere ſe ad ſuffocādū
⁊ conſtringere ingemiſcit. Unde ſcri
ptum eſt: funibꝫ peccatorū ſuoꝝ vnuſ
quiſq̄ȝ conſtringit᷑. Et ideo infirma/
ta eſt virtus iudeoꝝ: deditq̄ȝ eos do/
minus in manu de qua donec pleni/
tudo gentiū introeat nō poterint ſur/
gere. Et hoc Nun littera denunciat.
q̄ꝺ ſempiternū interpretat᷑. Sempi/
ternū eni̅ iugū eoꝝ eſt ⁊ infirmitas p̄
uaricationis. atq̄ȝ captiuitas ꝑpetue
damnationis: qui ſine fine ſi poſſent
peccare decreuerūt. Porro iuxta mi
ſticos allegoriarū ſenſus gemit eccle
ſia: quotiens temptationibꝫ dat᷑ inu/
meris: q̄ꝺ vigilauit iugum iniq̄tatū
eius in manu dn̄i. ⁊ ideo hoſtibꝫ tam
viſibilibꝫ q̄ȝ ⁊ inuiſibilibꝫ affligenda
intus foriſue ſubducit᷑. Amiſſiſq̄ȝ mo
nilibꝫ: q̄ ab ſponſo accepat ꝓ ornamē
tis: gemit ſuꝑ iniquitates ſuas. Unō
conuolute ſunt: inq̄t: ⁊ impoſite collo
meo. Eſaias q̄deȝ iā olim q̄ꝺ dixerit
dn̄s. Eo inq̄t q̄ꝛ eleuate ſunt filie ſy/
on. ⁊ ambulauere extento collo ⁊ nu
tibus oculoꝝ ibant: ⁊ plaudebāt am
bulātes: ⁊ pedibꝫ ſuis compoſito gra
du incedebant: q̄ꝛ auferenda eēnt om
nia eaꝝ ornamēta. Int᷑ q̄ nimiꝝ tor/
ques ⁊ monilia deſcribit ſmo ꝓpheti

eus. Que omnia ad virtutes ſunt referenda. Torques quoqꝫ q̄ ad pect⁹ vſqꝫ pendentes intelligentiā ac principale mentis in corpe demonſtrant Et monilia q̄ vno ſermone om̄ia ſignificant ornamenta. Quib⁹ q̄ amiſſis eccleſiaſtici viri: qꝛ muliebri affectu ambulant extento collo ꝛ nutib⁹ loquunt̄ oculoꝝ: plaudētqꝫ tam manib⁹ q̄ꝫ pedib⁹: ꝛ compoſito incedūt gradu ſeculi ſectantes gl'iā: ꝛ alia q̄ꝫ plurima q̄ ſupra p̄miſerat: nec dubium qn iugum iniquitatū eoꝝ vigilat in manu dn̄i: a quo iure p̄munt̄ ꝛ trahunt̄ q̄ ſetantis expoliarunt virtutū ornamentis. Unde conuolute iniquitates in funiculo indiſſolubili: plangunt̄ ab eccl'iaꝙ impoſite ſint collo ei⁹ ſuis ſcꝫ mēbris forte ad ſuffocādū ſicuti iudam laqueo ſe ſuſpendiſſe legimus: vel ad ſupplicia ꝑtrahenduꝫ. Unde plorans infirmata eſt; inquit: virtus mea.

## Dedit me domin⁹ in manu de qua non potero ſurgere

Propterea ꝙ extrema vltio omnib⁹ impijs ꝛ peccatoribus in fine calamitatis ſit futura. nec aliquando cruciatib⁹ ſit ceſſandū: eo ꝙ in exteriorib⁹ tenebris impioꝝ vermis non morief̄ ꝛ ignis nō extinguet̄. Ubi qui ſemel ingredit̄ iam vlteri⁹ egredi non ꝑmittit: ſicut domin⁹ inſinuat Et nō exies inde inquit: donec nouiſſimū reddas quadrantē: id eſt donec minima queqꝫ ꝑſoluas delicta. Nam ſupior ſentētia ſicut ex Dem: id eſt ex iſtis q̄ dominus de celo miſit cōuertit eam ad penitentiā retrorſum: ita ex iugo iniq̄tatū qd vigilauit in manu dn̄i: lꝫ ab oculis ei⁹ ablata eſſent iudicia; quia theſaurizauit ſibi irā in die ire. Nun qd ſempiternuꝫ ſonat impegit: vt ſit ſenſus: ꝙ iuſto dei iudicio q̄ corde impenitenti aggregat irā; ſuppliciū ſempiternū: de q̄ manu nō poterit ſurgere incurrit. Nō ꝙ eccl'ia p̄ſcita ꝛ p̄deſtinata bis credenda ſit ſupplicijs: ſꝫ quia queccunqꝫ in membris ſuis acciderint: ſibi deputat. Idcirco hec taꝫ dira ſibi accidiſſe plangit et plorat.

¶ Tropologic⁹ autē patet ſenſus ꝙ iugū iniquitatis vigilat in manu dn̄i anime q̄ ſe vicijs ꝛ ſcelerib⁹ ſubdiderit: niſi ea cottidie penitendo corā ſuis oculis poſuerit. Hinc dauid quoqꝫ: ꝛ pctm̄ meū corā me eſt ſemꝑ. Uoluit q̄deꝫ ipſe e regione vigilare: vt ea fletib⁹ ablueret. Idcirco corā ſe ſemꝑ ea ſtatuerat: ꝛ ne vigilaret iugū iniq̄tatū ei⁹ qd ipſe ſibi collo impoſuerat in manu dn̄i; flens ac gemēs aiebat. Auerte faciem tuā a peccatis meis: ꝛ omnes iniquitates meas dele. Ac ſi diceret. Nolo tua in manu vigilent: ſꝫ obliuioni eas tradas; mihiqꝫ ſꝑ coram aſſiſtant, vt impuniant̄ fletib⁹ ꝛ ꝑuigilē reddant. Sꝫ qꝛ miſera interdū anima; male ſecura iacet; iugū qd ſibi cōtexuit iniq̄tatū ꝓpter impenitudineꝫ cordis obliuioni ſibi tradidit. Uigilat v̄o in manu dn̄i: qꝛ nullū peccatū inultū abicit. Un̄ ꝛ ꝯuolutas in collo eius mox iuſt⁹ iudex iniq̄tates reſtituit: q̄ eas obliuioni ꝑpoſuerit. vt ferat ipſe que ſibi theſaurizauit. Deinde ad vltimū tradit̄ in manu de q̄ quiſqꝫ ſemel ingreſſus minime poterit ſurgere; qꝛ duꝫ potuit ſempiterna ſupplicia: q̄ p̄ns elementū denunciat noluit ꝑuidere.

## SAMECH

Bſtulit om̄es ma

**gnificos meos dn̄s de medio mei vocauit ad⸗uerſum me temp⁹ vt cō tereret electos meos**

Nec dubiū qn̄ hec plenı⁹ in illa extre
ma captiuitate iudeis accidiſſe: qm̄
null⁹ ꝓphaꝝ int̄ eos remāſiſſe credit̄
non ſacerdos q̄ hoſtias offerret: non
ſcriba doct⁹: in lege cui⁹ doctrina eru
diret̄ ſicuti Daniel deplorat dicens
Dn̄e inquit nō eſt in tp̄e hoc ꝓinceps:
nec ꝓpheta vel dux: neq̄ holocauſtū:
neq̄ ſacrificiū: neq̄ incenſū: neq̄ lo⸗
cus ṗmiciaꝝ corā te: vt poſſum⁹ inue
nire miſc̄dīam. Sꝫ hec meli⁹ (vt dixi)
ad illā referunt̄ extremā: qꝛ in hac q̄
ſub chaldeis accidit Danielem fuiſſe
nulli dubiū inter eas: necnō ꝛ Ezechi
el ibidē ꝓphetare exorſus eſt. ceteriq̄
ꝓphetarū cū eo. Idcirco in extremis
ſub Tito ꝛ Veſpaſiano oīs magni⸗
fici: qđ Samech inſinuat: ablati ſūt
de iuda. Samech quippe adiutoriū
ſonat. Tunc ḡ oēm adiutoriū ab eis
receſſit: qm̄ nō ſolū oēs magnifici ca⸗
ptiui ducti ſunt iuxta Eſaiā. Auferā
inq̄t ab ierl'm validū ꝛ fortē. oēm ro⸗
bur panis ꝛ oēm robur aque: ṗncipē
ꝛ q̄nquagenariū ac prudentē myſtici
eloquij: ꝛ eos oēs quos longū enu⸗
merare duxim⁹. Verū poſt paſſionē
xp̄i oīs gr̄a ꝛ donatiōes ſublate ſt̄ ab
eis: qm̄ etiā ipſos angelos clamaſſe
legim⁹ in portis ierl'm: tranſeam⁹ ex
his ſedib⁹. ¶ Ceteꝝ miſtice nr̄a irl'm
quotienſcunq̄ tribulatiōib⁹ premit̄:
ꝛ anguſtijs q̄tiens ꝑſecutionib⁹ agi⸗
tat̄: vel etiā hereticoꝝ impugnat̄ ho⸗
ſtib⁹. Nec dubiū q̄n plangit dicens.
Abſtulit dn̄s de medio mei oēs mag
nificos meos. In tantū vt legat̄ qđ ſe
pe in toto orbe fraꝝ paucis remanſe
rint epoꝝ: magnifici vel ſacerdotum
qui doctrina ſana recte catholicā de⸗
fenderent fidem. Ex autem gemit qꝛ
vocauerit aduerſus eam temp⁹ vt cō
tereret electos eius: q̄bus nulla erat
fidei defenſio vel doctrinarū. Non q̄
tempus ad aliud contrahat̄, ſed cul⸗
pis exigentib⁹ ſuis: cauſa vindicte dei
accidiſſe: quotiēs accidit lugens plā⸗
git ꝛ gemit. ¶ Nam ſcd̄m tropologiā
anima ſuos magnificos plangit ab⸗
latos: quando ſenſus optimos virtu
tum in ſe ſentit captiuos. Pro quib⁹
contra eam dn̄s vocauit tempus vin⸗
dicte: cum ſuum diuinū aufert adiu⸗
toriū. Hoc ſane Samech ſonare di⸗
ximus. Quo ablato: mox eam inimi⸗
cus vicijs captiuā a ſtatu recte fidei:
ꝛ bone conuerſationis in confuſionē
erroris ducit. Sanctorum predicato
rum doctrinam ꝛ exempla a conſpe⸗
ctu cordis eius per obliuionem aufe
rens. electos mentis conatus contere⸗
rit: quatinus eam ſpoliatam virtuti⸗
bus: facilius interea aliena poſſideat
ne per recordationem ſuam dogma⸗
tis ꝛ meliorationem vite ad ſtatum
priſtine cōuerſationis redeat.

**AIN**

**t** **Orcular calca⸗uit dn̄s virgini fi lie iuda: idcirco ego plo rans ꝛ oculus meus de ducens aquam**

Torcular itaq̄ iuxta ſcripture ſan
cte conſuetudinem interdum pro vl⸗
tione atq̄ ſupplicijs pctoꝝ: interdū

in congregatione nouarū frugū. pro
penis ponit̄ atq̃ tormentis: vt eſt in
pſentiarū. qđ hieremias plangēs euer/
ſionē ierl'm ait. Torcular calcauit do/
minus filie iuda. ideo ego ploro. Qđ
Eſaiam cū dñs quaſi celos aſcendēs
ab angel' interrogaret̄. quare rubrū
eſt indumentū tuū: ⁊ veſtimenta tua
ſicut calcātiū in torculari: reſpondiſ/
ſe fert̄. Torcular calcaui ſolus: ⁊ de
gentib; nō eſt vir mecū. Hoc nanq̃
torcular in quo ⁊ malis ſupplicia ⁊ bo
nis pmia calcant̄: ſolus ipſe calcauit
dñs: q̄ nullū habuit adiutorē. Neq̃
eñ angelus: aut archangel'. throni
vel dominationes: aut vllus celeſtiū
poteſtatū corp' humanū aſſumpſit.
⁊ p nobis paſſus eſt ⁊ cōculcauit ad/
uerſarias fortitudines atq̃ cōtriuit:
niſi ille qui loquit̄ in pſalmo. Saluū
me fac dñe q̃m defecit ſanct'. Et hoc
itaq̃ torcular calcauit dñs virgini fi/
lie iuda in die paſſionis ſue: vt et cre/
dentibus pmia: nō credentib; vo et
pſequentib; ac crucifigentib; vltio p/
petue captiuitatis ⁊ ſupplicia eterne
damnationis manerent. Calcauit ergo
hoc torcular: q: cuncta aduerſantia i
ſua redegit ptāte. Sz vidēs ꝓpħa du
riciam cordis iudeoꝝ: plorās gemit:
ꝙ calcauerit ei ſaluator virgini filie
iuda torcular aduerſarie oppreſſiōis
ſue ad liberandū. Ipſa vo ecōtrario
de remedio tormenta ſibi tam extre/
me captiuitatis q̄ ⁊ ppetue damnati
onis ingeſſit. Et ideo inq̄t ex pſona ip
ſius ſinagoge ego plorans ⁊ ocul' me
us deducēs lachrimas. q: fact' ē a me
longe conſolator: cōuertens animaz
meā. Quā longe aūt a iudeis factus
ſit conſolator cōuertens animā eorū
nosipſi pbamus: qui duriciaz cordis
eorū ſepe adgredimur: q: quanto p/
pe eſt domin' omnibus inuocantib;
eum in veritate. tanto elongat̄ ab his
q̄ ficte querunt eum ⁊ nolunt recipere
veritatem: oppido q: xp̄s veritas eſt.
Et hoc totū eſt qđ ꝓpheta plangens.
ſeruans metaforā. Quia vinea quaz
ex egypto plantauerat dominus. ipa
vo diu ſterilis ⁊ infructuoſa pmanēs
dicit̄: qđ expectaui vt faceret vuas ⁊ fe
cit labruſcas. Unde dñs torcular qđ
indidit calcauit: ⁊ q̄ſi peſſimis acinis
captiuitatē peſſime inuectionis ppa/
rauit. ¶ Allegorice aūt torcular calca
uit dominus virgini filie iuda: q̄n ec/
cleſie p paſſionē ſuā om̄es aereas po
teſtates ſubiecit. Ipſa nanq̃ eſt virgo
filia Iuda: ex q̄ orta eſt eccleſia: q: de
ſyon exibit lex ⁊ vbum dñi de hierl'm
cui calcauit dñs torcular ſol' peſſime
oppſſionis iugum vt eſſet libera. Sz
q: xp̄o calcante illud multis ſub eo re
deunt in amurcā. idcirco plangens p
pheta. Ocul' inq̄t me' deducit aquā
¶ Propterea etiā Ain hebreū antepo
nit̄: qđ fons vel oculus interpretatur
Qui nimirū fons q̄n plum crucis pſ/
ſit: de xp̄i latere manauit. Ex quo te/
ſte euangeliſta mox ſanguis ⁊ aqua
exiuit. De quo ſane fonte ſponſa xp̄i
non ſolum renaſcit̄: verū ⁊ dotatur.
Ipſe nāq̃ nobis eſt fons vite in mor
te ſua reſeratus: de quo fluunt om̄es
theſauri ſapientie dei atq̃ ſciētie. Et
quia Ain etiam oculus interpretari
dicit̄. Nec immerito de fonte inebria
tus deducens aquam lachrimarum
plangitur.

**Quia factus eſt inq̄t a me longe conſolator conuertens aīam meā.**

¶ Quotiens ergo eccleſia tribulatio

nibus afficitur. quotiens auxilio de/
ſolatur: diuino ad lachrymas quaſi
ad cõſueta recurrit arma. Et notãdũ
quotiẽs nõ cõuertit doctore monẽte
exterius: quia longe eſt ab ea paracli
tus ſpũs qui eã inſtruat ⁊ erudiat in/
trinſecus. Idcirco et filij eius q̃ſepe
fiunt perditi. Propterea quiſquis do
ctoris officiũ vult explere. quotiẽs ec/
cleſiam ſibi cõmiſſam minus viderit
cõuertentẽ: de fonte hauriat amoris.
vnde lachrymas ꝑducat: donec cõſo
lantẽ cõuertentẽq̃ aduocet paraclitũ
ſpiritũ. Alioquin q̃ diu offenſo deo
erigitur inimicus. et extollitur: filij q̃
necdũ ſunt ablactati. neq̃ poſſunt in
virũ perfectũ trãſire. ꝑdunt ⁊ allidun
tur: quouſq̃ a dei refoueant ⁊ conſo/
lentur ſpũ. ¶ Tropologice vo anime
virtutibꝫ infecunde: et bonis operibꝫ
vacue. nec fidei fructũ gignenti. domi
nus torcular calcat: quãdo eã pro ſte/
rilitate ſua ⁊ ocioſitate iĩmica. penas
condigne vindicte luere cogit. Hinc
quoq̃ ſm ſupioris interminabile la/
menti luctũ. oculus q̃ diſtricte dedu/
cit aquã: cũ ſentit ſe amiſſo cõſolatore
corde impenitenti ad ea ruere indeſi/
nenter: quo fletus oculorum ⁊ ſtridor
dentiũ pronunciatur. Ex quo fletus in/
gens anime dolentis deſcribit: vt ſci/
at ꝙ poſt vanã leticiã huiꝰ mundi. oĩs
cõſolatio pſentis vite: illi eſt auferen/
da. fructus vteri ſui malorꝫ ſcꝫ operũ
diſſipatur: ⁊ ſolus inter tormenta va/
ria illius dominabitur.

PHE

e Xpandit ſyon ma
nus ſuas non eſt q̃
cõſoletur eam. Manda
uit dñs aduerſuꝫ iacob.
in circuitu eius hoſtes
eius. facta eſt hieruſalẽ
quaſi polluta mẽſtruis
inter eos.

Q autẽ expandiſſe manus ſuas ſyõ
plangitur: dolores quaſi parturientis
inſinuat. Unde ⁊ alibi. Sicut expan/
dit natans ad natandũ manus ſuas
ſic ⁊ ſyon inter anguſtias. Et eſaias.
Anguſtia inquit poſſedit me ſicut an
guſtia parturientis. Que nimirũ an
guſtia cordis eſt. ⁊ in manibus excla
matio oris. Ideoq̃ Phe in principio
verſus ſcribitur. Phe nãq̃ oris inter
pretatur. Quia nimirũ dũ ſyon ma/
nus ſuas expandit inter anguſtias: ſi
gnum eſt oris. non valens voce ſuos
ꝑnunciare gemitus: quia ſine conſo/
lante. multo dolore pmitur. Propte/
rea ⁊ ꝓpheta alius recedite a me inq̃t
amare flebo. Nolite incumbere vt cõ
ſolemini me ſuper vaſtitate vel cõtri/
tione filie populi mei. Qđ dicit quia
mandauit dñs aduerſum iacob: oſtẽ
dit ꝙ ipſe dñs adduxerit ſuper eam
nõ minus: poſtea romanos. q̃ ⁊ ꝑus
chaldeos. Ex quo patet ſenſus: quod
nunq̃ nõ dico aduerſus eam verum
neq̃ gentem illam aduerſus aliam
cõſurgere: niſi precipiente deo iuſto.
veroq̃ ſuo iudicio. Et facta eſt hieru
ſalem quaſi polluta menſtruis inter
eos: quia execrabilis eſt mulier eo tẽ/
pore quo menſtrua patitur: ita et illi
execrabiles erant iudei. ⁊ ſunt vſq̃ ho
die tam nobis q̃ ⁊ hoſtibus ſuis. Ce
terum noſtra hieruſalem quotiẽs he/
reticorum vallatur exercitu: noueri/
mus quia dominus aduerſum iacob

mandauit ſcʒ aduerſum eccl'iam. que
debuit vicia ſupplantare et doctrinā
ꝑuerſi dogmatis. ne circūdaretur ob
ſidione hereticoꝝ. quia conſolatorem
amiſit ſpiritūſctū. ⁊ doctorē ſine quo
nullus ad verā eruditur fidē. nullus
releuatur a vicijs. nullus poteſt̄ con
ſolari int̄ hoſtes: ⁊ ideo expandit ma
nus ſuas quaſi ad ꝑces inter dolores
⁊ preſſuras. Hec eſt ei vlla vox oris di
gna, qua poſſit hoſtes reuicere: ſuaqʒ
defendere dogmata. Unde fit q̄ʒſepe
quaſi polluta ꝓpter feditates carna/
lium operū. ſanguinolentaqʒ inlece/
bris vite deſideriorꝝ inter hoſtes: a q̄/
bus intus foriſqʒ impugnat̄. Et ideo
dn̄s de talibꝫ. Ue pregnātibꝫ ⁊ nutri/
entibus in illa die. ¶ Porro moralit̄
anima credentibꝫ que quondam erat
ſpeculum deo. ⁊ ſupplantatrix viciorꝝ
cum pro malis actibus ſuis traditur
ſpiritalibꝫ nequitijs: fruſtra querit cō
ſolatorem extrinſecus. que ſpiritales
perdidit conſolationem interius. Et
ideo q̄ʒ condigne mādauit dn̄s aduer
ſus iacob quondā ſupplantantē vicia
Nunc vero ſolo nomine aduerſus ani/
mam eodeʒ decoratā vocabulo. quia
noluit ſubeſſe deo. eiuſqʒ obedire mā/
datis. vt in circuitu eius vndiqʒ ho/
ſtes eius eam obſidiāt: ne poſſit effu/
gere. Unde q̄ʒſepe videns ſe vallata:
expādit manus ſuas inter anguſtias
cogitationū. Nec eſt vox oris. nec vl/
la excuſatio ſermonis: niſi quia facta
eſt quaſi polluta menſtruis inter ho/
ſtes. ſcilicet cruentis operibus macu
lata. Quibꝫ profecto menſtruis quo/
modo anima careat: p̄ſertim cū pro/
pheta dicat. ꝙ omnes iuſticie noſtre
coram eo quaſi pannus menſtruate.
Sequitur.

# SADE

i Uſtus eſt dn̄s q̄ꝛ
os eius ad iracū/
diā prouocauit Audite
vniuerſi ppl'i. et videte
dolorē meū. virgines ⁊
iuuenes mei: abierūt in
captiuitatem.

In principio verſus ſade littera expo
nitur: que iuſticie interp̄tatur. ⁊ ideo
quia iuſticie dn̄i recte creduntur. bene
ꝙ iuſtus eſt dn̄s p̄dicatur. quia inq̄t
os eius ad iracundiā ꝓuocaui. Oris
quidē iudiciū priori verſu ex Phe lit/
tere iuſti ꝓtuli. Et ideo Sade ſcʒ iuſti
cias eius. quia iuſtus eſt dn̄s cōfiteri
nō diſtuli: quia os eius ad iracundiā
ꝓuocaui. Supra etiā eos qui trāſeūt
per viā ſcʒ quaſi pauciores. Nunc vero
ad cōſiderandū hieru'm vel ꝓpheta do
lorē ſuā indifferent̄ cū obſecratōe vni
uerſos inuitat: q̄tinus quos vna con
ditio ligat nature: vna fiat vaſtitatis
eiꝰ cōpaſſio. Nō ſupra virgines ſquali/
das luget. ⁊ ꝑuulos ductos eē capti/
uos: nunc vero robuſtiores quoſqʒ iu
uenes ⁊ virgines captiuatas plorat.
Idcirco quātū adcreuit malū: tantū
⁊ dolorē gemitus multiplicat. Unde
nō q̄bꝫ licet dīē via regia gradientibꝫ
verū oēs ad lamētū inuitat. Audite
inq̄t obſecro vniuerſi populi. ⁊ videte
dolorē meū: qm̄ non abſqʒ magno in
tuitu ⁊ cōſideratione diſcerni poteſt.
¶ Myſtice aūt eſt eccl'ia ſupra quam
recte oris iudiciū ꝓtulit: quia os dn̄i
in ſcripturis ſanctis ad iracundiā ꝓ/
uocauit. Quo nimirꝝ iudicio cōrecta

didicit dñō cōfiteri. Juſtus eſt inquit
dñs: quia os eius ad iracundiā ꝓuo
caui. Producit̄ nāqȝ querela tanti di
ſcriminis ad agnitionē ſentētie iuſti
iudicis: vt addiſcant cuncti ſi nihil ſit
ſine cauſa ſup terrā. ꝙ ſponſa xpi pre/
cioſo redēpta ſanguine: nō ſine dei ꝓ/
uidentia tantis tundit̄ tēptationum
fluctibus. ⁊ impugnat̄ ab hoſtibus.
Item cōfitetur quia os dñi ad iracū/
diam ꝓuocaui: nō ꝙ mēbra hois deū
docet habere: ſed ſicut affect⁹ huma/
ni tropice adſcribunt̄ ei. ita et mēbra.
Quia illud incircūſcriptū lumē ⁊ im/
menſa dei maieſtas. liniamenta cor/
poris nō nouit habere: ſed ꝑ os vbū
de ore patris ꝓgenitū ſe ad iracūdiā
ꝓuocaſſe confitet̄. acſi dicatur. Meis
prauis actib⁹ iuſtū ꝓuocaui iudicem
atqȝ compuli naturā clementē. durā
contra me ferre ſententiā: idcirco au/
dite. obſecro vniuerſi populi. ⁊ vide/
te dolorē meū. Oēs ad videndū dolo/
rem ſuū inuitat: quia calamitatē ſuā
multiplicē. ⁊ ineſtimabilem ꝓpenſat:
vt aliorū cōpaſſione anxietatē ſuam
quodāmō alleuiet. De quo ſane ſenſu
iam ſupra dixiſſe ſufficiat: niſi ꝙ iuue/
nes abijſſe in captiuitatē hic ampli⁹
deplorat. Deniqȝ iuuenes q̄s de fon/
te baptiſmi mater eccleſia edidit. ⁊ vir
gines quas imortali ſponſo xpo fide
cōſecrauit: quotiens aut heretica pra
uitate corrumpunt̄. aut viciorū vſib⁹
cōſtuprant̄. nō loco ſed mente in babi
lonem id ē in cōfuſionē peccati capti
uant̄: qm̄ qui meretrici cōiungit̄ vnū
corpus efficitur: ⁊ inde eſt ꝙ tantus
luctus ⁊ dolor adhibet̄. vt vix ab vni/
uerſis etiā videri vel intelligi credat̄.
Ceterum anima que iam ex oris iudi
cio ſupplicijs caſtigatur: iure ꝯfitetur
ꝙ iuſtus eſt dñs in his que patitur:
quia ipſa prius prauis inlecta deſide/
rijs. os dñi vt dignaȝ peccati ꝓ pena
ſententiā contra eā proferre ad iracū/
diam ꝓuocauit. Nō em̄ aliter poteſt
quia iuſtus eſt in omnibus vijs atqȝ
operib⁹ ſuis. Qua ergo ſententia cō/
feſſionis ſue anima opprobrio ꝓfuſa.
nō audet oculos ante iuſtū iudicem.
quem ad iracundiā ꝓuocauit erigere
ſed ad vniuerſos ſui cōſortes clama/
re non ceſſat. vt eius dolorē audiant.
eiuſqȝ luctū videant. Deniqȝ quia ta/
lis eſt nature noſtre affectus. vt dolo
ris noſtri vel gaudij alios queramus
q̄ſepe cōparticipes: quatinus eorū ſo
latione ſuffulti. pond⁹ triſticie vel gau
dij ſplendorē. leuius iocūdiuſqȝ fera
mus. Unde ille in euangelio. qui ouē
ꝑditā requiſiuit. vł mulier q̄ dragmā
adinuenit: cōuocāt amicas ⁊ vicinos
volentes habere cōparticipes gaudij
ſui ⁊ conſortes leticie. Quanto magis
anima debet cōuocare oēs que ſuos
nō audet oculos erigere. pudore con/
fuſionis ſue oppreſſa. ad deū quē ma/
lis ſuis ad iracundiā ꝯduxerat: vt ad
clementē iudiceȝ interceſſores ꝑ com
paſſionem doloris ⁊ amoris exiſtant
Ex autē iuuenes ⁊ virgines captiuan
tur: oſtendit ſe magis inde dolere dū
viderit robuſtiores cordis eius affe/
ctus vel virgineas cogitationes i cō/
fuſionē ire miſere captiuitatis. Spem
vteri ſui ab hoſtibus violari. profecto
quia quando quiſqȝ viderit ſobolem
deperire ſuā certus eſt ſpem future ge
nerationis ſue amiſiſſe.

## COPH

v Ocaui amicos me
os ⁊ ipſi deceperūt

me. Sacerdotes mei et
ſenes mei in vrbe con/
ſumpti ſunt quia queſie
runt cibum ſibi vt refo/
cillarent animam ſuam
Primũ ergo Coph querendũ quid
interp̃tatur: coph quidẽ vocatio dici
tur. Unde cõtinuo quaſi alludẽs ad
litterã. vocaui inquit amicos meos ⁊
ipſi decepere me: egyptios volens ſi/
gnificare. quoꝝ ſemper iudei vſi ſunt
amicicijs. Sed in tẽpore prime capti
uitatis aut vltime ſub romanis ipſi
decepere illos: quãdo vocantes eos
in quibꝫ. teſte Eſaia maxime confide
bant. nullum p̃buere auxiliũ. Hoc et
rapſacen in eodẽ ꝓphete libro clamaſ/
ſe legimus. ꝙ multa in eis fiduciam
habuerint. Sed quomodo eis dece/
perint vocati. Eſaias ꝓdit. Quia in/
quit erit terra iude egypto in die va/
ſtitatis eorũ in formidine et pauore
omnis qui illius fuerit recordatꝰ pa/
uebit a facie cõſilij domini exercituũ
qꝺ ipſe cogitauit ſup eam. Ex quo iu/
re decepti dicunt: quia magis ſpera/
rent in eis derelicto dei auxilio. Ex q̇/
bus nõ dico ꝙ eis auxilio fuerint veꝝ
exinde magis offenſo deo. etiam eis
formido atq; pauor pro recordatõne
eorũm adcreuerit. Q autem ſacerdo
tes ⁊ ſenes in vrbe cõſumpti plangun
tur: nulli dubiũ quin ſub babiloniis ⁊
ſb romanis id accidiſſe. ¶ Iuxta ana
gogen vo vocat ſepe amicos eiꝰ: eos
videlicet q̇s in fide ſocios habere pu/
tat. Ipſi vo decipiunt eam corrupti
fide intus: quia latent: certe aut foriſ
dum ex nobis exierunt. econtra quia
pugnãt. Hec nõ ⁊ mali chriſtiani q̇li/
bet ſublimiores. p̃fecture in faſtibus
cõſtituti. quoꝝ ſepe vtitur eccl'ia ami
cicijs. interdũ eam decipiunt q̇buſli/
bet prauitatis ſue ingenijs. vel illece
broſe. vite exemplis: non ꝙ amici ſint
hij: ſed iuxta antifraſin eo ꝙ ſint qua
ſi ſocij menſe: ſcelerati fide. et operi/
bus. eccleſie deceptores. Et qꝺ peius
eſt tunc tales contra nos crudelius ſe
uiunt. cum ſacerdotes et ſenes quos
greci gerontas vocãt. in nobis fame
verbi dei cõſumpti laborant. Preſer/
tim quia ſectantes carnalis vite lu/
cra: magis querũt cibum quo miſerã
refocillent vitam. vti iam ſupra expo
ſuimꝰ. quã epulas illas celeſtes de fer
culo ſalomonis. Vex prandio qꝺ pa/
ratum ĩ euãgelio p̃dicatur. ſapiẽtieq;
cõuiuio. Ad qꝺ omniũ vocatio Coph
littera deſignatur: que vt diximꝰ voca
tio interpretatur. vocat autẽ ⁊ anima
moraliter amicos ſuos. dulces videli
cet ſuaueſq; carnis ſue affectus; ſed
ipſi quoꝝ dum fruit amicicijs mox
eam decipiũt. Et quia regale ſacerdo
tium eſſe debuit: voluptatibꝫ ⁊ deſide
rijs infecta. quaſi pro cibo ad refocil/
landas carnis ſue cõcupiſcentias la/
borat. Quibꝫ conſumpta: dignitateꝫ
mea quem timebo. Dñs ꝓtector vite
mee a quo trepidabo. Acſi pateñ di
cat. Nullus q̃ deuꝫ pſentẽ ſentit time
re debet. Et ſi in ipſo viuim⁹ ꝛ ſumus
recte omnino trepidare nõ poſſum⁹.
Talis igitur vox cordis taliſqꝫ fides
magn⁹ ẽ ad deũ clamor. nõ vocis ma
gnitudine ſꝫ magnanimitate cordis.
Eſt eñi vox cordis et clamor lachry
marũ q̃ eſt ꝛ vox ſanguinis q̃ ad deũ
ꝑuenit. Clamat ğ cor noſtrũ. nõ ſono
vocis ſꝫ cogitationũ ſublimitate con
centuqꝫ ṽtutũ. Grandis fidei: ꝑ quã
in ſpũ adoptionis clamam⁹ abba pr̃.
ꝛ ipſe ſpũs clamat in nobis vel ꝓ no
bis gemitibꝫ ienarrabilibꝫ. Magna
vox iuſticie ꝛ magna charitat̃ ꝑ quã
mortui loquunť verũetiaꝫ ſicut Abel
clamãt. Magna fuit vox aplõꝝ que
exiJt in omnẽ terrã. ꝛ magn⁹ clamor q̃
ꝑuenit vſqꝫ ad fines orbis terre. Qua
ꝓfecto voce clamat caput noſtrũ. cla
mãt ꝛ mẽbra ipſi⁹. clamat rachel plo
rans filios ſuos. ne auertas inq̃ens
aurẽ tuã a ſingultu meo ꝛ clamoribꝫ.
clamat ꝛ moyſes cui dr̃. quid clamas
ad me. qñ orabat ꝓ ꝑplo. Sed alij cla
mant in corde. alij loquunť. Loq̃bať
aũt anna. qꝛ ꝓ ꝑuatis orabat rebꝫ. id
eſt ꝓ filijs. Clamat ꝛ moyſes magno
ardore charitat̃. clamãt ꝛ ſcti ſub ara
dei immẽſo clamore affectu pietatis.
Uñ ſignanť ſub hac lr̃a cõcluſio nr̃e
dimerſionis exꝑmiť. Et inuocatio vt
amplius clamem⁹ oſtendiť. atqꝫ vni

cuiqꝫ dr̃. aſpice q̃ cõcluſus tenearis q̃
pulſus anguſtijs clama in fortitudie
ad eũ q̃ pſto eſt. Ne auertas aurẽ tuã
a ſingultu meo ꝛ clamoribꝫ qꝛ cõclu
ſit de⁹ oia ſb ꝑctõ vt oim miſerať. Uñ
apl̃s. Miſeri eſtote ꝛ plorate. riſus vr̃
in luctũ cõuertať. ꝛ gaudiũ in mero
rem. humiliamini in conſpectu dñi ꝛ
exaltabit vos. Acſi apte dicat. Aſpici
te cõcluſionẽ veſtrã ꝛ plãgite miſerias
q̃bꝫ cõcluſi eſtis. Inuocate de nouiſſi
mis lacis deũ. clamate ſapientẽ qꝛ ſa
pientia foris clamitat. etiã in plateis
dat vocẽ ſuam. qꝛ tanto in excelſo am
plius audiť. quãto in corde ardẽtius
cũ fide ꝛ deſiderio ad deũ trãſfundiť.
q̃ ſemꝑ vbiqꝫ recte fidei pñs ſentitur
qñ ꝓpe ẽ oibꝫ inuocantibꝫ ſe oibꝫ q̃ in
uocãt eũ i veritate. Uñ ad Res ſr̃aꝫ
tã dẽ ꝯſidẽti⁹ veniam⁹ ¶ Res. Siq̃dẽ
caput aut capitis. etiã vl̃ ꝑmat⁹ inter
ꝑtať. Caput ẽ ğ vel forma capitis vt
ꝯſiderem⁹ auctorẽ vite. caput videlꝫ
nr̃m. Ex q̃ oia fouenť mẽbra. q̃ regit
iplet ſenſibꝫ oia. Sẽſus ei ſapiẽtis in
capite ei⁹. Inde duct⁹ ſpũs ꝑ oẽs ve
narũ meat⁹. totas i ꝑtes corporis vi
res diriuãť ſanguis. luſtrat oia. ornat
oia. Sublato ğ capite corp⁹ ſine noie
eſt. nec agnoſciť nec vlla ſupeſt cauſa
viuẽdi. vnde q̃d vox capitis de ſe ſen
tiat. vel q̃d de ſe pſumat audiamus.

## RES

i Udicaſti dñe cãm
aie mee: redẽptor
vite mee ꝛc. q̃ ſequuť.

Hec vox nõ min⁹ capit̃ ẽ q̃ꝫ corpis.
ita vt nec corp⁹ ſine capite. nec caput
ſine corpe ineniať. Idcirco iudiciũ et
redẽptio ſiť q̃ſi i vna pſona ꝑcibꝫ pil
cõmẽdať. Nã iudiciũ i cã aie. vt iuſta
ineniať tot⁹ corpis ſũma capiti ſbuiť

Redēptio ꝟo vt de morte ad vitā cor
poris pſtat̃. q̄m nec ille redēptus iure
dicit̃. q̄ nūꝙ̄ eſt venūdat⁹ ſub peccato
nec iſte ſuis viribꝫ cōfiſus. deū ad iu-
diciū ꝓuocat niſi iuſticia capitis pa-
tri in vno corpore cōmēdetur. Cauſa
igitur xp̄i fuit totius redēptōis nr̄e. et
ideo poſt iudiciū redēptio vite ſempi
terne ſequit̃. Q̄m niſi i cauſa xp̄i nul-
lum nobis niſi ſupplicij iudicium ma
net. hinc more oratoꝝ clemētē iudicē
ad pietatē inuocat. Primū iuſtū iudi
cem confitet̃. deinde cauſam ani᷑ ſue
cur venerit inſinuat. redēptionē ꝓpter
quā venit retexit. ſeipm̄ p̄cium offert:
noſtrāꝗ vitā ꝓpter charitatis ſpiritū
ſuā eſſe declarat. quatinus ſicuti nos
nullo. ita ꝛ ipſe i nobis viuat. Poſtre
mū ꝟo aduerſarioꝝ furorē aduerſus
ſe cōmemorat. vt equiſſimū iudicē ad
equitatē iudicij. q̄ſi eq̄ſſimus ſupplica
tor deuot⁹ p̄cibꝫ inflectat. Vn̄ inquit.
Vidiſti dn̄e furorē eoꝝ aduerſuꝫ me.
vidiſti dn̄e equitatē lꝫ reprobādo cau
ſam aīe mee iudica eligendo. Ex q̄bꝫ
verbis patet. ꝙ oīa in iudicio ei⁹ pen
deant. ꝙ iniq̄tatē ip̄e reprobando pu
niat. ꝙ iudiciū diuinitus intendat. ꝙ
oēm furorē aduerſus eccleſiā xp̄i per-
pendat ꝙ cogitatōes ſinguloꝝ diſcu-
tit. ꝛ prius vt dixi more rethoꝝ ſibi ꝓ
picium piū iudicē reconciliat. deinde
partes aduerſarioꝝ inſinuat. Ac per
hoc q̄ſi caput ad oīa mēbra ſpm̄ agen
di ꝛ p̄ſumendi ac credendi diffundit
hec nāꝗ vox electoꝝ in corpore xp̄i q̄
primatuꝫ benedictionis adepti ſunt.
¶ Res q̄ppe p̄matus ſonare videtur.
q̄m alius eſt ꝑſ̄s qui ꝑ eſau p̄moge-
nita ſua vendit alius ille q̄ emit. Nā
iacob p̄matū bn̄dictionis quietus ac
q̄ſiuit. eſau filargirie deditus ꝑdidit
Iſte nāꝗ eſt p̄mat⁹ q̄ Res lr̄a ſona-

re videt̃. vnde ſingula corporis mem
bra capitis grām participari debent.
ꝛ p̄matū gr̄e frugaliter cuſtodire. q̄ti-
nus ad ſingula capitis vigor mēbra
ꝑueniat. Alioquin ſine decore ſuo cor
pus mortuū iacet. in capite etem̄ vi-
gor vite. in̄ capite p̄mat⁹ hereditatis
noſtre. i capite gratia venuſtatis. fer
tur em̄ coluber cū vrget̃ periculis. ca
put ſemper abſcondere ꝛ in orbem ſe
colligere obiecta reliqua parte corpo-
ris. ita ꝛ mēbra xp̄i caput qḋ xp̄us eſt
cuſtodiūt. ꝛ p̄matū obſeruāt quia in
ipſo oīa cōſtant ꝛ ipſe eſt caput corpo
ris eccleſie: hoc q̄ppe quia miſerie vi-
uendi vſum: ꝛ fructū nō habebit. In
q̄bus nimirū tribꝫ verſibꝫ oīa electoꝝ
p̄mia. ꝑ caput qḋ xp̄s eſt patri cōmen
dantur eiuſꝗ iudicio redēpta ꝛ iuſti-
ficata offerunt̃. Deinde ꝟo oīs iniq̄-
tas ꝛ furor aduerſātiū cogitationeſꝗ
reproboꝝ condēnant̃. Et mira tot⁹
corporis xp̄i vnitas declarat̃ cuꝫ ſub
iugo oīm quaſi in ꝑſona capitis deo
patri offert̃. Redēptor inq̄t vite mee.
Vbi alia interp̄tatio habet defenſor.
Ex quo liquido oſtendit̃ vt dixi. ꝙ re
demptio mēbris cōgruit. defenſio ꝟo
eque mēbris ꝛ capiti. Quatin⁹ redem
ptio ac defenſio totius ſumme nr̄e ſal
uationis ꝑ xp̄m deo patri offeratur.
vt ꝑ ſimplicē eius mortē. nr̄e duplicis
mortis redēptio exhibeat̃. Idcirco re
ſtat vt ꝑ caput p̄matus ſeruet̃ eccleſie
et ꝑ p̄matū capitis. integra ſalus cu-
ſtodiat̃. Alioq̄n nullus p̄matū ꝑdere
pōt. cui nō ſublat⁹ ē xp̄s. Propterea
ſit caput ſeruandi ſumma ſtudij atꝗ
opis nr̄i. ſumma negocij. ſūma ſpei.
ſumma virtutū. Oīs aūt ſumma ſtu-
dij nr̄i eſt vt ſim⁹ in vnitate corporis
xp̄i. ꝛ compaginati in vnitate capitis
Ex q̄ omīe corpus. ꝑ cōpaginationē ꝛ

colligationē ſubminiſtratū. creſcit co
pulatum in augmentū ſctm̄ in dn̄o ꝛ
eſaias. Auferā inquit a iudea caput ꝛ
caudā. ſcꝫ initiū ꝛ finē. hoc ſane caput
iudea tūc amiſit qn̄ xp̄m dn̄m non re
cepit. In q̄ eccleſie ꝑmat⁹ ꝰprincipiū
eligit̄: q̄ eſt ꝑmogenitus ex mortuis.
In q̄ vite negocia deo patri offerunt̄.
Ipſe q̄dē eſt ꝑmat⁹ nr̄ ꝛ finis qꝛ ipſe ē
ꝑm⁹ ꝛ nouiſſim⁹. Ipſe eſt finis legis
ad iuſticiā omni credēti ꝑ quē oīs ini
quitas ꝯtra nos erecta deuincit̄. iudi
ciū nr̄m erigit̄. furor aduerſantiū con
demnat̄. ꝛ ꝑ cogitatiōes eoꝝ quaſi a
radice opa inſpecta improbant̄. vt et
nr̄ ꝑmat⁹ cū capite glorificet̄ atqꝫ eoꝝ
filargiria condēnet̄: iā deinceps Sin
littera contra eos qui oderāt pari la-
mento introſpiciamus.

SIN

a Udiſti dn̄e inquit
obprobria eorum
oēs cogitatōes eoꝝ ad
uerſum me. labia inſur-
gentiū mihi. ꝛ medita-
tionē eoꝝ aduerſuꝫ me
tota die. Seſſionē eorū
ꝛ reſurrectōnē eoꝝ vide
ego ſum pſalmus eoꝝ.

Nam Sin vt p̄miſſum ē dentiū int-
ꝑtatur. ꝛ vt alij dicūt ſup vuln⁹. Den-
tiū quippe aduerſus xp̄m obprobria
plangunt̄. Un̄ et pſalmiſta. Dentes
eoꝝ arma ꝛ ſagitta: ꝛ lingua eoꝝ gla
dius acut⁹. Quoꝝ labia inſurgentiū
ꝯtra veritatē: Acſi labia doloſa in cor
de ꝛ corde loquunt̄. ¶ Propterea igi
tur ꝛ dauid ſub hac lr̄a. Principes
inq̄t ꝑſecuti ſunt me gratis. Ut oſte-
deret fletū hui⁹ lr̄e q̄ ſup vuln⁹ di. Nā
ꝛ alias vaticinādo cū ei⁹ q̄ſi ex euan-
gelio deſcriberet paſſionē. Int̄ cetera
dicit acſi ad patrē. Qm̄ quē tu ꝑcuſſi
ſti ꝑſecuti ſunt. ꝛ ſup dolorē vulneruꝫ
eoꝝ addiderūt. Sup dolorem nāqꝫ
vulneris addidiſſe ē, de medicina mor
tem ſumpſiſſe. Un̄ adpoſita ē iniqui
tas iudeoꝝ ſup iniq̄tatē ipſoꝝ. obdu
ritiā cordis eoꝝ ne intrarent̄ iuſticiā
dei ꝛ cetera q̄ dicunt̄. Et hoc ē ex ſono
hui⁹ lr̄e q̄ ſup vuln⁹ interp̄tat̄ tert⁹ la-
menti qm̄ ex medicina dura curant̄
vulnerū. hi v̄o ſup addiderūt q̄ ꝛ ma
la ꝑ bonis reddidere et ꝑfidiā ex fide
vaticinātiū meſſuere. atqꝫ ꝑfidie ſue
homicidia ſubiunxere. Que nimirū
mala cōſummata iuſt⁹ arbiter quaſi
ꝯſummatio iudicio. deo pr̄i punieda
offert. Incredulitas nāqꝫ eoꝝ vuln⁹
fuit. ſup vuln⁹ autē ꝑfidia ꝛ ꝑemptio
dn̄i. Porro ſup vulnus q̄dē recētiſſi
medicamētū adponit̄: quo vulneris
acerbitas mitiget̄. ſup vulnus igitur
oleū infundit̄. vt oīs vulneris mollia
tur aſperitas. Sup vuln⁹ malagma
vel fibula. ſup vuln⁹ alligatura. q̄bus
omne vuln⁹ foueat̄. Sed hi de recō-
procatione reiecto medicamento ſup
vuln⁹ infidelitatis ꝑfidiā ſibi ꝛ mortē
addidere. ſicuti ꝛ oēs reprobi et pati-
entia dei. Nā bonitas xp̄i ꝛ patientia
oēs ad pn̄iam inuitat. ipſi v̄o ſm̄ du-
ritiā cordis eorū. theſaurizat ſibi irā
in die ire. et reuelationis iuſti iudicij
dei. In q̄b9 ꝑfecto verſib9 deū vbiqꝫ p̄-
ſentē inſinuat. Cui ꝛ cogitatōes ꝛ me
ditationes cordis eoꝝ p̄ſto ſunt. Au-
diſti inq̄t obprobria ꝛ oēs cogitatōes
eoꝝ. qꝛ hoc eſt illi audire q̄d ꝛ videre.
videre v̄o q̄d ꝛ ſcire quē nulla latere

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

quecunt. nulla ſubter fugere. Sed re
probi ex patientia dei q̄ſi ſup vulnus
peccati in patientia ſibi theſaurizan
in die ire. Unde ſequitur.

**Seſſionem eoꝝ ⁊ reſur rectionem eorum vide: ego ſum pſalmus eorū.**

Qm̄ inſultādo ⁊ ſubſannādo. repro/
bi nō min⁹ ꝯtra caput. q̄ etiā contra
corp⁹ ſeuiūt. q̄ſi praui iudices ⁊ docto
res in cathedra reſidentes peſtilentie
quoꝝ iā vuln⁹. nullo fouetur medica
mine. vbi ſpes nulla ē refundēde ſalu
tis. Quia om̄e vbi caput languidū ⁊
omne cor merēs, a vertice capitꝭ vſq₃
ad plantā pedis nulla ē in eo ſanitas
vbi nō portio ſed vniuerſitas ꝑclita
tur. ⁊ q̄dā corruptōnis toti⁹ corporis
tabe conſumit, ibi nō eſt iā malagma
īponere. neq₃ oleū neq₃ alligaturā. ſ₃
ſup vuln⁹ q₂ im penitudine ꝯſumitur
plaga mortis adponit. Hinc igitur
cōmodi⁹ eſt vuln⁹ hīc q̄ꝺ foueas atq₃
ꝯſtringas ſup q̄ꝺ medicamētū adhi/
beas. q₃ ſine vulnere in toto corpore
virus ſerpat interi⁹. Eſt nāq₃ nō ſolū
corp̄is vuln⁹ verūetiā mētis q̄ꝺ oleo
ſcti ſpūſ medet q̄ꝺ mollioribꝫ eloquijſ
⁊ pacifici ſermonis ſuauitate curatur
Sunt em̄ fomēta verboꝝ: ſunt ⁊ me
dicamēta celeſtiū p̄ceptoꝝ q̄bus om̄e
nequitiarū virus pellitur et abolent
macule. Sunt legis vincula q̄bꝫ ma
gis alligatis ſoluūtur q̄bus conliſa
quedā xp̄i mēbra ſolidant. Et hoc eſt
q̄ꝺ p̄ns lr̄a ſonare videt. Sed ſb his
tribꝫ verſibꝫ inreuocabilis reproboꝝ
cōtra xp̄m ⁊ ei⁹ mēbra inſania plangi
tur: eo ꝙ mediciū repellentes oēm re/
ſecere vulnerū medicinā. Medicamē
tum igitur ſup vuln⁹ eſt q₂ medic⁹ ip̄e
dn̄s ieſus. vt vulnera curaret nr̄a. in

fudit vinū ⁊ oleū ſup eū q̄ ſemiuiuus
in via iacebat relictus. Et alligās vul
nera ei⁹ cōmiſit ſtabulario. q̄ curā illi⁹
ageret. Caueat ergo vnuſq̄ſq₃ ne ab
hieruſalē peccando deſcēdat. imo me
ritis aſcēdat ad illā. Q̄ꝺ ſi contigerit
peccaſſe, cuſtodē habem⁹ oris noſtri.
cuſtodē legis et grē. q̄ vulneribꝫ nr̄is
adhibeat medicinā. qui alligaturam
verboꝝ celeſtiū ſup vulnus īponit di
cens. Penitentiā agite appropinqua
bit em̄ regnū celoꝝ. Bona igitur alli
gatura q̄ vulnerata curat: cōfracta cō
nectit. ⁊ ideo eos ꝓpheta ſub his verſi
bus infatigabiliter plāgit. q̄ om̄i arte
omniq₃ ingenio ꝯtra xp̄m cōtra q₃ ei⁹
eccleſiā inceſſabiliter deſeuiūt: expro/
brando medicando docēdo. inſurgen
do. ita vt nihil ſit eis. niſi deridere et
ſubſannare eos. qui pie volunt in xp̄o
viuere. Jā deinceps Tau litterā per/
ſcrutemur vt ipſa cognoſcere poſſim⁹
vt exoratū eſt verbis quidē ꝑſeueran
tibus dei iuſto iudicio reddatur.

## TAU

r **Eddes eis inq̄t lu cem dn̄e iuxta opa manuū ſuarum. Dabis eis ſcutū cordis laborē tuum. perſequeris in fu rore ⁊ conteres eos do/ mine ſub celis.**

Nam Tau vt p̄tuli ſigna interp̄tat.
⁊ vt alius interpres voluit. errauit vel
cōſūmauit. Quibꝫ ꝑfecto ſenſibꝫ pat₃
intelligētia. ꝙ oia hec ī threnis lamē/
ta ſigna ſunt ⁊ oſtenſiones futuroꝝ.
Un̄ pſalmiſta ait. Oſtēdiſti ꝑp̄lo tuo
dura. ⁊ dediſti metuētibꝫ te ſignifica/

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

tionē vt fugiant a facie arc⁹. Sʒ qꝛ re
ꝓbi noluere aīaduertere . reddes eis
inq̄t vicē dn̄e iuxta opa manuū suoꝝ
Ergo ꝑmū iudeis vicē reddidit quia
inrefragabili corde obdurauere. vt a
fide ⁊ veritate ampli⁹ pellerentur. ne
possint intrare iusticiā dei. • viā salu/
tis apꝑhendere. hāc q̄ppe vicem iuste
eis reddidisse dolet ſm opa manuuʒ
suarū. qꝛ vitā postq̄ȝ ꝑmeruīt. nunq̄ȝ
nisi mortē inuenīūt. Et hoc ē q̄ Tau
lr̄a etiā errauit interp̄tat̄. Errauit au
tem a via ꝑpl'e iudeoꝝ. errat etiaȝ oīs
reproboꝝ cetus. ꝓpter duriciā ⁊ impe
nitudinem cordis eoꝝ. Propter qō ⁊
dn̄s consummauit iusticiā suā. hoc et
ipsam Tau litteram sonare diximus
Hinc q̄ȝ est qō seq̄tur. Dabis eis scu/
tum cordis laborē tuū. Quia dū pas/
sionis xp̄i laborē dedignati sunt vene
rari ⁊ credere. quasi eundē laborē pro
scuto tenuere. Ne p̄dicatōnis spicula
eorū corda penetrarēt. Sic itaq̄ȝ re/
probi dū eos dei patiētia ad peniten
tiam inuitat. obponūt sibi scutū cor/
dis eandē dei patientiā quasi non vi/
deat dū diu sustinet. ⁊ thesaurizant si
bi irā vt apl's testat̄ in die ire. Tendit̄
aūt arcus iudicij dū eius patiētia ꝓ/
longat̄. Sed hi duriciā sibi p̄tendūt
⁊ excusatōes varias ne verba vite su
scipiant. Eo igit̄ ad se trāsire ei⁹ predi
cationis verba nō ꝑmittūt. quo eū la/
borare vel sustinere vsq̄ȝ ad mortē vi/
dent. Qō ⁊ iudeis accidisse propheta
plangit. dū ipsi sibi scutum duricie ob
ponūt qꝛ mortalē dei filiū quē ipsi ꝑ/
emere. ſm carnē credere nolūt. In q̄
nimirū carne laborē passionis susti/
nuit. Un̄ ⁊ ꝓphetā dicit. Laboraui su/
stinens. Quē laborē passionis dū ꝑsi
di viderūt. eū vt deū venerari cōtēpse
re. Quē eīn videbāt carne mortalem

dedignati sunt credere ī mortaleȝ esse
diuinitate. Un̄ vt dixi post signa ⁊ si/
gnificationes signoꝝ. qꝛ cōtēpsere vt
fugerēt a facie arcus iudicij. recte seq̄t
magis ꝓpherādo q̄ȝ exorando senten
tia cōdēnationis q̄ dicit̄. ꝑsequeris in
furore et cōteres sub celis dn̄e. vt sint
qꝛ ꝑdurarēt in suis prauis meditatio
nibus sedētes in cathedra pestilentie
⁊ surgentes cōtra dn̄m. tanq̄ȝ puluis
quē ꝓicit vent⁹ a facie terre. De sub ce
lo ergo conterunt̄ qꝛ nec ipsi celū esse
nec celestibꝫ inherere disciplinis volue
re. Idcirco quia ipsi ꝑsecuti sunt xp̄m
⁊ eius mēbra atq̄ȝ oīa vite bona. iure
⁊ ipsi ꝑsequunt̄ in furore ⁊ cōteruntur
eq̄ssime a bono ⁊ iusto deo. vt audiāt
Discedite a me maledicti in ignē eter
num q̄ p̄parat⁹ est diabolo ⁊ angelis
ei⁹. Hec nāq̄ȝ sunt signa q̄ cucurrere
⁊ significatōes q̄ monstrauere vt fuge
rent a facie arcus. ⁊ liberarent̄ electi.
Sʒ qꝛ reꝓbi ꝯtēpsere longe supra sub
hac lr̄a p̄missum ē. in voce toti⁹ eccle/
sie. Ingrediat̄ omne malū eoꝝ ꝯtra te
⁊ deuindemia eos ꝓpter oīs iniq̄ta/
tes eoꝝ. Necnon ⁊ in alio alphabeto.
sub hac eadē. non fuit inq̄t in die furo
ris dn̄i q̄ effugeret ⁊ relinq̄ret̄ vt sub/
audias ex oibꝫ reprobis q̄m inimic⁹
me⁹ cōsumpsit eos. ꝓpterea recte Tau
vt dixi cōsummatio interp̄tat̄. q̄tinus
sub ipsa oīs impietas ⁊ iusticia cū cō/
uerterit eā de⁹ in iudiciū finē ⁊ cōsum/
mationē accipiat: iusticia scʒ finē qui
xp̄s est. ⁊ cōsummationē ꝑfectōis: im
pietas ꝟo ꝯsummationē seculi sue dā
nationis ⁊ finē ne vltra queat ꝓgredi
q̄tinus in vtrisq̄ȝ signa q̄ p̄cessere ve/
ritatē exhibeant sue significatōis. Nā
ideo ꝑus dn̄s ostendit ꝑpl'o suo dura
sub signo crucis vt liberarent̄ electi.
In illis ꝟo qui signo crucis noluere

ſignari: veritas ſequet̃ ſignoꝝ atꝫ cõtritio eterni ſupplicij. Quia cõtra omnia virtutũ documenta: cõtra ſctõꝛuꝫ miracula ſcutũ ꝑfidie tenuere. Idcirco cõtritio furoꝛis dei eos ꝑſequit̃: ne vltra vires habeant repugnãdi. Habent eñ electi ſcutũ bone voluntatis quo ex diuina ꝓtectione coꝛonantur. Quia ꝗs ꝓtegens adiuuat: remunerans coꝛonat. Habẽt ꝛ reprobi ſcutũ ꝑfidie ſue: de ꝗ ex ꝑſona dyaboli bene ꝑ iob d̃r. corpꝰ illiꝰ quaſi ſcuta fuſilia. Qð eñ corpꝰ illiꝰ niſi oẽs reprobi accipiunt̃: q̃ q̃ſi ſcuta fuſilia fragiles eſſe ꝓhibent̃. Scuta ĝ ſi ſint fuſilia in ſuſcipiendo ſagittarũ ꝑcuſſiones robuſta ſ(c)it: ſꝫ caſu fragilia. Ictu q̃dẽ ferientiũ minime penetrant̃. ſed ſuo ſe lapſu ꝑ fragmenta diſſoluunt. Vñ corpus maligni hoſtꝫ id ẽ oẽs iniq̃: q̃a iure ꝑ abſtinentiã duri ſunt. ꝑ vitam ỽo fragiles: ſcutis fuſilibꝫ cõparant̃. Cũ ỽba p̃dicatiõis audiũt: nulla correptiõis iacula ſe penetrare ꝑmittũt qꝛ in omni pctõ qð faciũt ſcutũ ſupꝑbe defenſionis aut praue negatiõis ſibi opponũt. Nã cũ q̃s taliũ de reatu ſue iniq̃tatis arguit̃ nõ mox cogitat quõ culpã coꝛrigat ſꝫ qꝛ ĩ adiutoꝛiũ ſue obponat defenſiõis. Nulla igit̃ veritatꝫ ſagitta penetrat̃ qꝛ verba ſancte correptiõis in ſcuto excipit praue defenſionis. De q̃bꝫ hoc in loco recte plangit̃. Dabis ſcutũ eis dñe laborẽ tuũ. qꝛ ipſi ꝓpt̃ penã petit: duriciã ſibi coꝛdis adſciſcunt in ꝓtectiõe praue defenſiõis. Siq̃dẽ dei abutentes patientiã in ſuperbiã dũ cogitãt deũ talia nõ curare recte aut ſatis nõ intendere: theſaurizant ſibi irã in die ire: ꝛ reuelationis iuſti iudicij dei. Hoc q̇ppe ſcutum primus hõ tenuit: q̃ requiſitꝰ cur lignum vetitũ cõtigiſſet: non ad ſe culpã retulit ſed ad mulierẽ quã dominꝰ ei dederat: ꝛ reatũ ſuũ oblique ad auctoꝛem dati inique retoꝛſit q̃ ei mulierẽ dederat. Hoc ſcutũ etiaꝫ requiſita mulier tenuit: q̃ñ neqꝫ ipſa ad ſe culpã inflexit ſed ſerpentis illud ꝑſuaſiõibꝫ replicauit: volens ꝛ ipſa reatũ ſuũ in creatoꝛem inflectere: q̃ illic intrare ſerpentem ꝑſuaſuꝝ talia ꝑmiſiſſet. Hoc q̇ppe ꝛ Cayn ſcutũ habuit cũ interrogãti immo increpanti dño. Ubi eſt frat̃ tuus: ſupꝑbe atqꝫ cõtumelioſe reſpondit. neſcio dñe: nũq̇d ego cuſtos ſum fratris mei: ecce cũ dicit neſcio domine. fraudulenta humilitas ꝛ falſa negatio p̃tendit̃. Cũ ỽo dicit: nũq̇d ego cuſtos ſum fratris mei: cõtumax obiurgatio cõtra deũ erigit̃. Iam talis ꝛ hmõi excuſatio: pena peccati eſt: et dũ quiſqꝫ dei patientia abutit̃ in ſupbiã. ſubito eius ꝑditio ꝛ cõtritio de ſꝑ celis venit. Quoꝝ igit̃ huc uſqꝫ culpa in vſu peccantiũ trahit̃. Iuſtũ eſt vt ꝛ vindicta damnatiõis ſequat̃: qꝛ vnde finiri reatus debuit: inde ꝑ duriciam coꝛdis ſibi ſuppliciũ q̃ſqꝫ trahit. ꝛ qꝛ ſignũ iudicij metuere noluit: neqꝫ ſignũ huiꝰ littere in fronte geſſit: iuſtũ eſt vt vindictã excipiat damnationis ſue. Quia ꝑfecto non ſolũ errauit. verũ etiã cõſummauit: ꝛ compleuit menſurã ſcelerũ: vt cum reprobis ſine fine damnet̃. Unde dñs patriarche ſuo. Nõdũ inquit completa ſunt peccata amoꝛreoꝝ. His itaqꝫ completꝫ: mox ꝛ ꝑmiſſio ſimul ꝛ vindicta venit. qð ſatis hieremias ꝑ hanc lr̃am inſinuat. q̃ cõſummauit interp̃tat̃. peccatuꝫ ỽo cũ ꝯſummatũ fuerit generat moꝛtẽ. Cõſummatio itaqꝫ ex duricia coꝛdis ꝛ de impenitudine generat̃. Idcirco nob̃ orandũ ꝛ ingemiſcendum eſt vt emolliat dñs coꝛdis nr̃i duriciã

quatinꝰ eius ſigna metuere poſſimꝰ: potati vino cōpunctōis: ⁊ deflere mala q̄ geſſimꝰ. Quibꝫ ita p̄miſſis: qꝛ finis eſt Thau lr̄a ⁊ cōſummatio huiꝰ alphabeti. finiat̄ ⁊ liber tercius carūdem lamentationū expoſitionis fletibus relegendus.

## Incipit prologus libri ſequentis. Seuero operepreccio conſecratus.

t

Ribus decurſis in lamentationibꝫ litterarū alphabetꝫ. ſupereſt vt quartū q̄dra‑to myſtice ſignificationis recenſeamꝰ numerorū: q̄m materialis eſt: vt ex ipſo cōficiamꝰ omnia vtutū ornamenta. Materialis q̄dem qꝛ hō ⁊ mundus quattuor ꝯſtat elementis compactꝰ. Materialis qꝛ nulla temporaliū niſi ex quattuor conſtant: vt puta quattuor rerū omniū temporaliū elementis quattuor ⁊ plagis Sic ⁊ etas ſeculi quattuor cōſtat temporibus. Materialis ēſt iſte numerꝰ etiam cōquadrat omnia vt ſubſiſtant. qꝛ ſolidus eſt ⁊ quadratꝰ. verū nō ſolū materialia ſed ⁊ celeſtia. Unde cuꝫ vnū ſit euangeliū quattuor euangeliſte eligunt̄. Quattuor ⁊ virtutes generales numerant̄. ex q̄bꝫ reliquę oēs oriunt̄ q̄ſi ex quatuor paradiſi fluminibꝫ vt omnia virtutū ſemina vberiꝰ inrigent̄: ⁊ qꝛ ſub his q̄ttuor elementis q̄bꝫ ſubſiſtimus interiꝰ exteriuſve delinquimꝰ. iuſtū fuit vt ſub eodē numero vnacū ꝓpha corrupta defleamꝰ Et q̄ſi ex materiali numero nr̄m interius hoiem: ad nouitatē vite fletibꝰ reparemꝰ quē vanis cōcupiſcentiarū gaudijs corrupimꝰ. Sunt etem̄ mi frater ⁊ cōſenex: quattuor affectiōes mor̄ q̄bꝫ p̄fate quattuor animi noſtri corrūpunt̄ virtutes. Et iō recte ꝓuiſū eſt ſub his quattuor alphabetis totū hoiem interius exteriuſve deflere debere: ⁊ ad integritatē vere dilatatiōis nr̄a omnia lachrimis vel gemitibꝫ reſtaurare: ita vt ſingulis rebus morū corpor̄ve viciatis: ſingula opponant̄ litterarū lamenta. Sicqꝫ ſup fluminā babylonis abducti: nr̄a ſoluat̄ captiuitas ⁊ reddat̄ nr̄e ſyon vera i xp̄o libertas. ¶ Finit prologus.

## Incipit liber quartꝰ in lamentatōibꝫ Jeremie diſertiſſimi viri Reuerendiqꝫ patris: dn̄i Paſcaſij ratberti Abbatis Corbienſis.

## ALEPH Ca. iiii

q

Uomō obſcuratuꝫ eſt aurū īmutatus eſt color optimꝰ diſꝑſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omniū plaτearum.

Per aur̄ nanqꝫ obſcuratū ꝓpheta iudeor̄ plangit ꝑfidiā: qꝛ in eis antiquꝰ ille fidei vigor atqꝫ innocentie ſplendor ingruente ꝑfidia: malicia ſe nocte fuſcauit: ⁊ ipſi diſperſi ſunt nō ſolū ꝑ omnia vanitatis negocia: verū etiam vſqꝫ ad exteras nationes ducti ſunt in captiuitatē: ⁊ qꝛ priꝰ ꝑ publica ſeculi negocia diſperſi ſunt in capi

te omniū platearū. Latam ſcʒ ꝛ ſpa-
cioſam amplectentes mundi vitam.
Juſtū quippe fuit: q̄ ſe expulere de ſan
ctuario dei ad nefandos ſeculi actus
vt pellerent a fide in ꝑfidiam: ꝛ inde
in captiuitatē: vt diximꝰ: itemqꝫ ad ex
teras ꝛ reprobas gentium nationes
Que nimirū vox: nō minus dolent
eſt q̄ꝫ ꝛ increpantis: ſicuti ꝛ illa q̄ dici
tur. Quomō ſedet ſola ciuitas: ſub q̄
ꝑfecto voce. iudeoꝝ duricia plangit.
Ex quibꝫ patres ꝛ patriarche ac ꝓphe
te refulſere: q̄ſi aurum ꝛ lapides pre-
cioſiſſimi in ſctūario dei fide atqꝫ ope
ribus clariſſimi. Sed reprobi ac de-
generes facti: ꝓpter duriciā cordis eo
rum xp̄o adueniente ↄuerſi ſunt ad ꝑ
fidiam: vnde cernens eos ꝓpheta ſor
dibꝫ ꝛ vita degn̄ari obiurgat ꝛ plāgit

**Quō obſcuratū ē aurū īmutatꝰ ē color optimꝰ**

Aurū quippe erant ꝓpt̄ noticiā dei: et
naturā patriarcharū: obſcurati vero
ſordibꝫ delictoꝝ ꝛ ꝑfidie inquinamē-
tis. ¶ Ceterū myſtice xp̄i eccleſia plo-
rans pro ſuis ac lugens dicit. Quo-
modo obſcuratū eſt auꝝ: ꝑ aurū nan
qꝫ obſcuratū. reprobā electorū ſectā
ſacerdotū vl̄ miniſtroꝝ dei vniuerſis
ordinibꝫ deplorat vitam: quondam
ꝑ gloriā virtutū claram. Nunc v̄o ꝑ
actiones infimas: ꝛ negocia ſec̄li ob-
ſcuratā. Ac deinde color optimus fer
tur immutatꝰ: q2 ille ſanctitatis nr̄e
habitus. ꝑ terrena ꝛ abiecta p̄ſentis
vite opa. ad ignominiā deſpectionis
venit. Vn̄ felices illi: quos tanq̄ꝫ auꝝ
in fornace tribulationis ꝛ anguſtie ꝓ
bauit dn̄s: ꝛ quaſi holocauſtū acce-
pit illos. Nos v̄o miſeri quos ꝓſpe-
ritas ſeculi atqꝫ oblectamenta vana-
rum rerū: ad tantam delictorum per
duxere obſcuritatē ꝛ vilitatem agen
di. vt etiam a ꝓphetā ꝛ omnibꝫ dei ele
ctis iure noſter plangat color ꝛ habi
tus ſanctitatis: in deteriꝰ ꝓpter vſum
peccandi prauiſſime cōmutatus In
tantū vt etiam ꝑuerſi dum xp̄i cōcul-
cant ſacramenta plerūqꝫ ꝛ ſi reprobi
inter electos locū honoris ſumant: ꝛ
ipſi contra ſanctā eccleſiam quaſi ex
auctoritate ſeuiant ꝑfecto cum oīa
p̄ceptoꝝ dei eloquia q̄ſi ſciendo atro
cius cōtemnunt: atqꝫ eccleſiaſticarū
iura prauis ſuis moribꝫ reſcindunt.
Hinc ꝛ lapides ſanctuarij plangunt
diſperſi in capite omniū platearum q̄
ſemꝑ intrinſecus priꝰ habebant. nec
ſumebant etiā in ſummi ſacerdotis
vſibus ꝛ honore: niſi cū in ſancta ſan
ctoꝝ ingrediens in ſecreto ſui condi-
toris apparebat. Quid ḡ putas ſunt
lapides iſti ſanctuarij in capite omni
um plateaꝝ diſperſi: niſi ſacerdotes
xp̄i ꝛ miniſtri ſacri altaris etiā mona
choꝝ ꝛ deo cōſecrata ſocietas: necnō
virginū ꝛ ſanctimonialiū innumero
ſitas: qui ſemꝑ debēt dei apparere in
ſecreto conſpectibꝫ: quos nunq̄ꝫ neceſ
ſe eſt foris cōſpici: nunq̄ꝫ extraneis et
ſeculi actionibꝫ occupari. Sed quod
grauius eſt: ideo diſperſi deplorantur
quaſi lapides ſanctuarij ī capite om-
niū platearum. q2 hi qui ꝑ vitā ꝛ ora-
tionē intus ſemꝑ eſſe debuerant ꝑ vi
tam reprobam foris paſſim vacant.
Ecce iam pene nulla eſt ſecularis vi-
te actio quā nō ſacerdotes chriſti ad
miniſtrent. Nulla mundi negocia in
quibus altaris miniſtri ſe non occu-
pent. Nulla rerum improbitas qua
ſe monaſticus ordo non implicet. pe-
ne nulla inlecebroſe vite blandicies q̄
ſe caſtitas ſctimonialiū n̄ cōmaculet
Dū ḡ in ſctō habitu ꝛ religiōe ↄſtituti

exteriora ſunt q̃ exhibent: ⁊ vana vite
oblectamẽta: q̃ ſectant̃: quaſi lapides
ſanctuarij foris in capite omniũ pla/
tearũ diſperſi iacent. Greca etenĩ lin/
gua platea a latitudine vocat̃. Lata
etenĩ via eſt ⁊ ſpacioſa q̃ adducit ad
mortẽ. Sanctuarij ꝰ lapides: in pla/
teis ſunt diſpſi: cũ religioſi quiq; lata
mundi itinera ſectant̃. Et nõ ſoluȝ in
plateis ſed in capite plateaꝝ diſpgũ/
tur: dũ ꝑ deſideriũ hꝰ mundi opa per
agunt. ⁊ tamẽ de religioſo habitu cul
men honoris vel laudis querunt. In
capite ꝰ platearũ diſperſi ſunt q: ia/
cent per miniſteriũ operis: ⁊ honora/
ri voluit de imagine ſanctitat̃. Quo
rũ itaq; ordinẽ lapidum: dum eccle/
ſie ſue dominus ꝑ ꝓphetam pollicita
tiões ſuas oſtenderet repromittit di/
cens. Ecce ego ſternã ꝑ ordinem lapi
des tuos ⁊ fundabo te in ſaphiris: et
ponam iaſpidem ꝓpugnacula tua: et
portas tuas in lapides ſculptos: et
omnes terminos tuos in lapides de
ſiderabiles vniuerſos filios tuos do
ctos a domino. Strauit nanq; chri/
ſtus in eccleſia per ordinẽ lapides q:
in ea ſanctas electorum animas me
ritorũ diuerſitate diſtinxit: fundauit
eam in ſaphiris: qui ſcȝ lapides colo/
ris aerei in ſe ſimilitudinẽ tenent. q̃a
robur eccleſie in animabꝰ celeſtia ap/
petentibus ſolidat̃: ⁊ quoniã iaſpis
viridis eſt coloris: iaſpideȝ ꝓ pugna
cula eius poſuit. Quia illi contra ad/
uerſarios ꝓ ſancte eccleſie defenſione
obiecti ſunt: q̃ nulla ariditate repro/
bi temporis marceſcunt. At vͦo quia
in aduerſis eccleſie ordinibus noſtro
in tempore multi ſeculi amatores cõ
numerantur: iure plangit̃. quia lapi/
des ſanctuarij diſperſi ſunt in capite
omniũ platearum: dum ſuſcepte reli

gionis miniſteriũ vertimus ad am/
bitionis augmentũ: dum locum ſan/
ctitatis ad terrena negocia deflecti/
mus actibus implicamur. Ita quod
peius eſt vt lupi paſtores fiant. mini
ſtri altaris negociatores ſeculi: mo/
nachorũ ſocietas: vicioſorum contu/
berniũ: ſanctimonialiũ adgregatio:
domiciliũ vicioꝝ. Idcirco recte ꝓphe/
ta corpus chriſti ſcȝ eius eccl'ia plan/
git. Quomõ obſcuratũ eſt aurũ cali/
gine peccatorũ: immutatus eſt color
decoris: ⁊ ſanctitatis in feditatem vi
ciorum. quomõ diſperſi ſunt lapides
ſtrati per ordinem ſanctuarij in capi
te platearũ: dum ad negocia dilapſi
exteriora ruunt aliud ex honore ſuſce
pte religionis querunt: atq; aliud ex
officio actionis exhibent: ⁊ cottidie ꝑ
multas nequitias pereũt. Curis eñ
ſecularibus intenti ⁊ vicioruȝ tanto
inſenſibiliores redduntur quanto ad
ea que foris ſunt ⁊ carnis cõcupiſcen
tiarũ cum ſtudio auidiores inueniũ/
tur. Uſu quippe rerum longe a celeſti
deſiderio obdureſcit animus: ⁊ dum
ipſo ſuo vſu durus efficitur ex actio/
ne ſeculi ad ea emolliri nõ valet. que
pertineant ad charitatem dei. ⁊ dum
ſolummõ in corde fides cõfeſſionis
remanet atq; baptiſmi adoptio: me/
rito aurum vocamur ⁊ lapides ſan/
ctuarij: ſed obſcurati ꝓpter viciorum
feditatem: atq; diſperſi in capite pla/
tearum plangimur. Qꝫ autem auruȝ
in baptiſmo renati vel etiam circũci/
ſione adſcripti iure intelligant̃. teſtat̃
iob cum de iudea typice loquit̃. Locꝰ
ſaphiri eiꝰ inq̃t lapides ⁊ glebe auri
Tanto pe auget reatũ culpe ſequent̃
ꝑconiũ gl'ie ꝑcedẽt̃. Nã vniuſcuiuſq;
caſus tanto maioris eſt criminis q̃n/
to priuſquaȝ caderet maioris potuit

eſſe virtutis. Unde dicat̃ de iudea re/
nata ex circũciſione. dicat̃ ⁊ de eccle/
ſia renata ex ſacro baptiſmi. Quid fu
erit quãta ve gloria ſublimata. vt grẽ
magnitudo atq̃ʒ virtutum numerus
creſcat. Ex cumulo ſequentiũ delicto/
rum. Unde ad iob dicit̃. vt ꝑmiſſum
eſt. locus ſaphiri lapides eius ⁊ glebe
eius aurũ. Quid em̃ hoc loco ꝑ lapi/
des. niſi ſanctoꝝ ac fortiũ mentes ac/
cipimus. qui quaſi ex grã ⁊ cõſtantia
mẽtis iure lapides ſanctuarij vocant̃
Unñ apl's. Et vos tanq̃ʒ lapides viui.
ſuꝑedificamini domꝰ ſpiritales. Qui
ꝑfecto lapides ſãctuarij quia ad vna
carnaliũ ſe diffundũt. quaſi diſꝑſi iu/
re plangunt̃ in capite platearũ. Nã ⁊
in iudea ꝑus ſancte aĩe nunq̃ʒ defue
re que celeſtẽ vitam ꝑducerent. Unñ re
cte nõ minus de ea q̃ʒ ⁊ de xp̃i eccleſia
dicit̃. Locus ſaphiri lapides eiꝰ: ⁊ q̃a
in ea magne vite ac ſapie claritate ꝑ
fidẽ electi fulgent. Adiungitur ⁊ glebe
illius aurũ. Quid ꝑ glebas niſi colle/
ctiones ſinguloꝝ ordinũ ac multitu/
dinis vnitas deſignat̃. glebe etem̃ ex
humore ⁊ puluere cõſtringunt̃. Oẽs
ergo q̃ rore grẽ infuſi ex mortis debi/
to ſe puluerẽ eſſe veraci cognitõe con/
fitentur. dum vite virtutibꝫ clareſcũt.
quaſi auree glebe in eccl'ia reniteſcũt
habuit ⁊ ſynagoga glebas in ꝓphetis
habuit ⁊ in doctoribꝫ: necnõ ⁊ i patri/
bus antiq̃s. qui magna ſe infuſione
grẽ in profeſſionis ⁊ oꝑis vnanimita
te tenuere. De q̃bus recte dĩ. Et glebe
illius aurũ: quia in ea multitudo ſpi/
ritalium tanto maiore ṽtute claruit
quãto ſe in deũ ac ꝓximũ maiore vna
nimitate ꝯſtrinxit. Sed hoc aurũ ꝑfi/
die poſtmodũ tenebris obſcuratũ eſt.
Cuiꝰ ꝑfecto nigredinẽ hic ꝓpheta in/
tuens deplorat dicens.

**Quõ obſcuratũ ẽ aurũ. ĩmutatꝰ ẽ color optimꝰ.**

Sed ⁊ xp̃i eccleſia mẽbra electõis cõ
ſiderans terrenarũ rerũ fuligine deni
grari: plangit q̃ obſcuratũ ẽ aurũ. Et
ĩmutatꝰ eſt color renatoꝝ optimꝰ ful
gens ꝑus etiã in poſterioribꝰ in pallo
re auri. nũc ṽo econtrario delictoꝝ te
nebris obſcuratꝰ ¶ Ceterũ aĩe ſe iure
deplorat q̃ fuit ꝑus ꝑ fontẽ baptiſmi
niue candidius dealbata. ⁊ ꝑ infuſio
nem ſcti ſp̃ũs auro pulchrius colora/
ta. Nũc ṽo aut hereſi ẽ infecta. aut vi
cijs ⁊ ſceleribꝫ obfuſcata. fulget nãq̃ʒ
animarũ ſanctarũ eloquiũ auro cla/
rius. charitatis ṽo ſplendor pulchriꝰ
oĩbꝫ irradiat̃ coloribꝫ. Sed cũ ab eiꝰ
fulgore aĩa concupiſcentijs oblectata
malis deciderit. q̃d aliud in ea q̃ʒ au/
rũ obſcurat̃. Et dũ vicijs carnaliũ re/
rum denigrat̃. q̃d niſi color candoris
optimꝰ. ⁊ pulchritudinis in deterius
cõmutat̃. habet em̃ aĩa verbũ diuini
eloquij. auro ꝑcioſius in ſe fulgẽs. q̃ð
charitate intrinſecꝰ incõparabil'r co/
lorat̃. Sed cũ cõcupiſcẽtijs rerũ affi/
citur. q̃d aliud q̃ʒ aurũ obſcurat̃ ⁊ co/
lor ĩmutat̃ optimꝰ. Peſſima igit̃ cõ/
mutatio dũ amor eternarũ rerũ ⁊ cõ/
cupiſcentia celeſtis patrie in amorẽ
tꝑaliũ ⁊ cõcupiſcentiã vanarũ rerum
vertitur. Pro quo recte plangit̃ quõ
obſcuratũ ẽ aurũ, imutatꝰ eſt color op
timus. Unñ quia cõcupiſcẽtia eterne
vite verſa ẽ in amorẽ ⁊ cõcupiſcentiã
carnis. iure lapides ſanctuarij dei. re
lique ſcʒ ṽtutes aĩe in capite diſꝑgun
tur oĩm plateaꝝ. quõ charitate amiſ
ſa virtus nulla in aĩa ſolidat̃. imo oẽs
affectiones ſuas ad lata viarũ itinera
⁊ ſpacioſa cõcupiſcentiaꝝ conamina
in capite trãſponit plateaꝝ. Ex lapi/

des ꝑcioſarũ virtutũ ſpeciẽ in animabus ſanctoꝝ teneant multis in locis luce clarius doctoꝝ eloquijs declaratur. Sed cũ mens ad exteriora ⁊ preſentis vite oblectamenta ſuas diffundit cõcupiſcentias: quaſi in capite platearũ oĩa ſua diſꝑgit virtutũ ornamẽta. Et lapides quos ſuꝑ rationale iudicij adnexos in pectore portare debuit. ad gloriã ⁊ laudẽ dei ſuiqꝫ decoris. demũ colore dilectõis dei in deterius cõmutato diſꝑſos in capite platearũ ac iacentes atrocius expoliata bonis luget. Tamẽ verbi dei ſubſiſtẽtia in nobis. licet nr̃is obſcuret̃ peccatorum tenebris: incorrupta manet. ¶ Propterea ſignant̃ nõ natura ſubſtantie violata. ſed obſcurata ĩ nobis nr̃is ex culpis recte plangitur. Nam heretici q̃uis verbi dei integritatem corrũpere videant̃. ipſa tñ vis verbi ⁊ natura quãtũ ex ſe eſt integra manet. Obſcurat̃ quidẽ ꝓpter nõ credẽtes vel etiã ꝓpter nõ recte intelligẽtes. manet tñ inuiolata veritas. quia ⁊ obſcurari ad tẽpuſ põt. corrũpi omnino nõ põt At vo color verbi charitas videlicet q̃ ꝑfundimur ⁊ cõuertimur. cõmutat̃ in penis dũ ex dilectione dei ⁊ ꝓximi tranſit̃ in ꝯcupiſcẽtias rerũ terrenaꝝ. Et dũ mens ad ſingula ſe exponit. q̃ſi in capite toti⁹ vite latitudinis accuſatões ſuas ⁊ deſideria mittit. Quas cuꝫ ad ſe redierit miſera aĩa q̇d aliud q̃ꝫ diſꝑſas int̃ lata ⁊ ſpacioſa mortis itinera dolet ⁊ gemit. Acſi patent̃ dicat. Quõ in me mihimet obſcuratũ ẽ illud dei verbũ ignitũ ⁊ ſplẽdidũ. ita vt mea ignauia cecat⁹ ꝓceptũ dei luci, dũ videre qđ cõuertit aĩas nequerim. Quõ mihimet obſcurari potuit illud qđ oĩbꝫ lucet. ⁊ cõuertit etiã refugas. verũ qđ me latuit nec videre potuit ſibi fulſit. Idcirco ⁊ in me imutat⁹ eſt color optimus. ⁊ diſꝑſi ſunt lapides ſanctuarij. Sanctuariũ q̇dẽ erat de⁹ oĩa fidel' deo. dũ aurũ ſcꝫ v̄bũ diuinũ in ea fulgebat ignitum. Sed mox obſcurari cepit in ꝑfidia ⁊ caligine delictoꝝ imutat⁹ etiaꝫ color optim⁹. fitqꝫ feda q̃ pulchra erat. ⁊ diſpergunt̃ oĩa intrinſec⁹. ita vt nulla rem ineãt vite ornamẽta dũ cũcta pellunt̃ foras bona ⁊ repletus intus malis. Magna igitur hui⁹ vis lamẽti. magn⁹ ⁊ tanti vigor doloris ꝓphe q̇ ad oĩa ſe extẽdit. Plangit em̃ cecitatẽ iudeoꝝ plangit ⁊ eccleſiarũ dei diſꝑſionẽ ac damna. Plangit nuditatẽ animarũ atqꝫ feditates oĩm. Recolit exordia. deplorat amiſſa ⁊ cum gemitu ſe diffundit ad vniuerſa. Unde ſequitur.

## BETH

f Ilij ſyon īduti ſũt ⁊ amicti auro primo quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea opus manuum figuli.

Ex quo iudeoꝝ ⁊ ꝓrogatiua ſctõꝝ inſinuat patꝝ dignitatẽ qđ nõ ſolũ illi⁹ terrene ſyon fuerint filij verũetiã celeſtis hierl'm inclyti ex legis doctrina ⁊ grẽ ꝓuilegio adoptati. Incliti q̇dẽ genere cultu ⁊ doctrina ita vt pre cũctis gentibꝫ filij dei dicerent̃ ⁊ amici ſunt appellati. Quibꝫ facta ẽ repromiſſio ⁊ legiſlatio. quoꝝ patres ⁊ ex q̄bꝫ xp̄s. Uñ ꝑfecto iure valde inclyti vocant̃ q̄ꝝ de⁹ ductor mirabil' in medio coꝝ ⁊ ꝓtector fuiſſe laudat̃. Amicti inquit auro ꝑmo. Per aurũ nanqꝫ ſapia dei

fulgida deſignat. Vñ diuinus ſermo
ait. Theſaurus deſiderabilis requieſcit
in ore ſapientis. Quo profecto iudei
amicti auro fulgebãt olim pre oĩbus
q̃ſi luminaria in mũdo. Et nõ ſolum
quolibet auro. ſed auro ſignant̃ p̃mo
ꝛ puriſſimo. p qȯ celeſtis intelligitur
ſapia. Vñ ſalomon. Btũs hõ qui in/
uenit ſapientiã. ꝛ qui affluit pruden/
tia. Melior eſt adq̃ſitio ei⁹ negocia/
tione argenti ꝛ auri p̃mi et puriſſimi
fruct⁹ ei⁹. Qua profecto iudei imbuti
ſapia p̃cunctis gentibꝫ amicti laudãt
auro primo. Quaſi iuxta ſcripturam
radix ſapia eſſe timere deũ. fruct⁹ qui
ſunt ſapie. niſi videre ꝛ hi ſunt p̃mi ac
nouiſſimi fructus de p̃me ſapie auro
geniti. Quo ꝑfecto p̃mo pulchritudi
nis auro. nõ ſolũ ſynagoga verũ ꝛ ec,
cleſia xp̃i glorioſus amictus gloriat̃.
Sed qȯ lachrymabili⁹ eſt ꝛ illa ꝛ iſta
in ſuis imutata ẽ. vt ꝛ iudei reprobi fa
cti reputati ſunt. in vaſa teſtea ꝛ eccle,
ſie viliora ſint mẽbra facta. Pro q̃bꝫ
oĩbꝫ merito ꝓpheta imo vox oim ele/
ctoꝝ lugere. eo ꝙ multotiẽs filij ſyon
incliti. ſcꝫ celeſtis hierl̃m amicti auro
p̃mo. ſapia imbuti dilectõis dei ꝛ pri
mi. corruunt ad quã fragilia hui⁹ mũ
di oga vt ipſi fiant. vaſa teſtea. q̃ fue/
rant parata fieri ad incorruptionẽ ce
leſtia. Pulchra igit̃ eccl̃ia xp̃i amicta
auro primo pulchra vt luna. electa vt
ſol. terribilis vt caſtroꝝ acies p̃dicat̃.
ꝛ ideo filij eius inclitidicunt̃ amicti
auro primo. in quoꝝ nouitatis gra/
tia nihil coinquinatũ incurrit. ſed re/
formati ad cõtẽplationeꝫ dei prima
induuntur gratia vt ad eam redeant
qua creati ſunt dignitatẽ. Propterea
ꝛ adoleſcentior filius vbi ad patrẽ pe
nitens rediijt. primã ſtolam recepiſſe

memoratur. ſcꝫ ꝛ immortalitatis gra
tiam. Unde ꝛ filij ſyon icliti iure ami,
cti auro primo laudantur. Eſt enĩ au
rum arabicũ puriſſimũ qȯ et de ſaba
dño adfertur. eſt enĩ p̃cioſiſſimũ regi
ſalomoni qȯ ꝛ de ophir allatũ fuiſſe
dicat̃. Per ophyr nãq3 riſus vl̃ ebrio/
ſum interpretatur. De illo ſcꝫ riſu ve
niens. in quo ſunt oĩa vite gaudia vbi
ſanctoꝝ aie requieſcunt in herbis vi/
ribus. Quapropter nec imerito pri/
mũ predicatur. quia ſapia ꝛ imortali
tas ad vitã cũ renaſcimur p̃cioſioreꝫ
cunctis opibus. ꝛ oia que deſiderant̃
huic nõ valent comparari. Quo ſane
auro induti filij ſyon iure plangunt̃
ꝙ dereliquerint qȯ reputati ſunt in va
ſa teſtea. Qȯ bene iob lugens aiebat
Comparatus ſum luto ꝛ aſſimilatus
ſum fauille ꝛ cineri. ꝛ domin⁹ in pſal
mis. vt lutũ inquit platearum delebo
eos. De luto enĩ vaſa teſtea fingunt̃
Sed tamẽ ex his alia ſunt que in ho,
norem reparantur. vt ſint vaſa aurea
Alia vero vaſa fictilia ꝛ permanenti in
contumeliã. Deniq3 paulus apoſtol⁹
Habem⁹ inquit theſaurũ iuſtũ in va,
ſis iſtis fictilibꝫ. Quo ꝑfecto theſau/
ro filij ſyon incliti amicti gloriantur.
ſed cum eo expoliati fuerint vaſa te/
ſtea ac fictilia in contumeliã prepara,
ta planguntur. Uerumtamen de his
q̃diu hic viuitur. potens eſt de⁹ aliud
reſtituere in honorem aliud in contu
meliam. Sed quos fornax tribulati,
onis et anguſtiarũ probauerint. ver/
tuntur in aurum vt ſint vaſa honoris
De quibus dicitur. Vaſa aurea for⁹
nax probat. ꝛ virum iuſtum anguſtia
Vñ dauid ex perſona dñi. Aruit inq̃t
tanq3 teſta virtus mea. Excocto igit̃
luto carnis cũ replet̃ iteri⁹ p bonã ꝯſci

entiam anima theſauro deſiderabili
⁊ fulget exterius hõ amictus auro in
telligẽtie qḋ aliud ſit ꝗ̃ vas honoris
Vñ ⁊ opa manuũ figuli dicunṫ. quia
ſicut figulus poteſtatẽ habet de eadẽ
maſſa aliud vas formare in cõtume-
liã. aliud vo in honorẽ. ita ⁊ xp̃s verꝰ
factor nr̃. potens ẽ nos erigere de lu-
to ad ſpeciẽ decoris. ⁊ quos decreue-
rit. in cõfuſionẽ deſerere damnatiõis
Et nequaꝗ̃ niſi recto ac vero ſuo iu-
dicio. Expoliamꝰ intus theſauro cele
ſti. ⁊ exuimꝰ a foris auro primo vt de-
generes ſimꝰ. Alioqn oẽs filij ſyon il
lius celeſtis inclyti ꝑ adoptionẽ ſan
cte regenerationis effecti. Nunꝗ̃ inṫ
vaſa deputarenṫ teſtea. niſi ꝑus intꝰ
foriſve expoliarenṫ rebus diuinis. ſcꝫ
culpis exigentibꝫ iã ꝓlapſi ſunt. quia
opa manuũ figuli ſunt. recolendũ eſt
illud vbi dñs hieremiã ad domũ mit
tit fictoris. Qui cũ veniſſet mox vas
luteũ de manu eiꝰ cecidiſſe eſſe fractũ
fuiſſe elegitur. Ex quo nimirꝫ rurſus
luto. aliud vas formaſſe ſignãter me
moriatur. vnde dñs mox ꝓphete inſi-
nuat. qḋ ⁊ ipſe potens eſt: ſic ex nobis
ſiquidẽ luteis vaſa reſtituere hono-
ris: ⁊ ſuo ſacro miniſterio dignos effi
cere. ¶ Propterea ⁊ ꝓpheta eos deplo
rat qḋ generes fiunt. expolianṫ rebus
celeſtibꝫ ita vt vaſis cõparenṫ teſteis
ac luteis vt ⁊ ipſi cõpuncti redeant ꝑ
penitentiã ⁊ lachrymarũ effuſionem
ad imortalitatis gratiã. Hinc ⁊ an-
gelo epheſi ſcribiṫ. Memẽto vñ cecci-
deris ⁊ age penitentiã ⁊ ꝑma opa fac
Qḋ eſt apte dicere. Scito ⁊ intellige
cuiꝰ dignitatis fueris ꝑ grãm. ⁊ adop
tionẽ dei. ꝗ̃ inclytus ⁊ nobilis veſtitꝰ
auro puro ⁊ puriſſimo indutꝰ. ſiqdẽ
ſtola imortalitatis. Ac deinde ꝗ̃uilis
⁊ luteus ꝓpter corruptionẽ et penam
peccati vaſis fictilibꝫ cõparaṫ. Sic in
deſperationẽ venias ꝓphetã renitare
lugentẽ ꝙ talis effectꝰ ſis. ⁊ ꝑma opa
tua fac. id eſt opera charitatis ac dile
ctionis dei. vt ꝑ eandẽ charitatẽ dei
et ꝓximi in adoptionẽ redeas filiorũ
vnde cecideras ꝓpter praue perſuaſio
nis oblectamenta. Ex quo ſequitur.

## GIMEL

**Sed ⁊ lamie nudauerũt mãmã. lactauere catulos ſuos. filia populi mei crudelis quaſi ſtrutio in deſerto.**

Per lamiã nãqꝫ ſcribarũ ⁊ phariſeo-
rum exprobat duriciã ⁊ et doctrine in
populo improbitatẽ. ꝙ nec tã demen
tes fuerint vt ꝑberent lac vel mãmã
doctrinarum filijs ſynagoge vel vt la
mia crudeliſſima oim̃ beſtiarũ. Diciṫ
em̃ de ea. qḋ crudelior ſit fetibus ſuis
cunctis beſtijs. Vñ ⁊ nomẽ accepiſſe
ſignanṫ legitur. Siquidẽ lamia qua-
ſi lania ſonare a multis dr̃. Eo ꝙ dila
niet catulos ſuos ac dilaceret. qḋ ⁊ fa
bulis ſatis apte legitur. Sicut phari
ſei crudeliores beſtiarꝫ nec nudauere
mãmã. paruulis ⁊ lactantibꝫ vt ſugẽ-
rent cibum vite. imo crudeles facti vt
ſtrutio. q̃ mox vt oua ſua expoſuerit
deſerit. nec recolit ea. neqꝫ apponit. cõ
fouere aut calefacere. quia nihil de
ſuis recogitat fetibꝫ Ita ⁊ iudeorꝫ ꝑ-
uerſitas extitit i populo. vt nihil aliḋ
agerẽt. ꝗ̃ vt eos dilacerãt. diriperẽt ⁊
cõtra diſtraherẽt. ita ſicut ſcꝑtura di-
cit vt ꝓmiſſa vite nec ipſi introirent.
nec alios introire ꝑmitterẽt. Quos ꝓ
pheta lugẽs ⁊ plangẽs dicit ꝙ lamie

iacerēt catulos ſuos ꝙ nec eos feciſſe paruulos in pplo dolet. Lamia nāqꝫ hebraice lilith dicit̄ quā ꝗdem hebreorū Unun id eſt vnā ex furijs ſuſpicātur que parce dicunt̄: eo ꝙ nulli parcant: ſicuti ſcribe ⁊ phariſei ꝗ nō ſolū primus in pplo: verū nec ꝓpheris pepercere. Ex ꝗ dicā de ꝓpheris cū etiā nec ab ipo dō pātibꝫ repromiſſo manꝰ ſubtraxerunt. Idcirco crudelis filia eoꝝ ſynagoga plāgit̄ crudelioꝛ facta lamijs: ⁊ qua ſtrutō nullā ſibi ſpē aut primis relīquere impoſterū. Sed et xpi eccleſia plangit. Per lamias hypocritarū at hereticoꝝ callidam puerſitatem: qui humanā ꝗdē faciē geſtātes beluina ꝑ impietatē corda gerūt. Qui tunc mammā nudant qn̄ errorem ſuū libere ꝑdicant. Tunc vō catulos lactant: qn̄ male ſequaces paruuloꝝ animas ꝑuerſa docēt: ⁊ ad impietatem male nutriendo cōfirmant. Uñ alibi ꝑ ꝓphetā eiulando dr̄. hereticoꝝ atqꝫ hypocritarū deploꝛans facta ibi cubabit lamia ⁊ inuenit ſibi requiem Ibi habuit foueā ericius ſcꝫ in plebe xpi in pplo graui ⁊ pleno peccatis. Per lamiā quippe vt dixi hypocrite vel heretici. per ericiū vō malicioſi quiqꝫ ꝗ diuerſis ſe defenſionibꝫ contegunt deſignant̄. Lamia etenī (vt dixi faciē habere humanā ꝑhibet̄: ſꝫ corpꝰ beſtiale. Ita ⁊ oīs hypocrite ⁊ heretici in ꝑma ꝗdem facie qđ oſtendunt quaſi ex ratione ſctitatis eſſe videtur Sed beſtiale eſt corpus qđ ſequit̄: qꝛ valde iniqua ſunt que ſub boni ſpecie moliunt̄. Ericij aūt nomine malicioſarū vt dixi mentiū defenſio deſignat̄ quia videlicet ericius cum adꝑhenditur eiꝰ ⁊ caput cernit̄: ⁊ pedes videntur: ⁊ corpus omne conſpicit̄ ſed mox vt adprehenſus fuerit ſemetipſum in ſpe colligit pedes introꝛſus cū capite abſcondit ⁊ intra tenentis manus totū ſimul amittit̄: qđ totuꝫ ſimul ante videbat̄. Sic nimiꝝ ſic malicioſe mētes ſunt: cum in ſuis exceſſibꝫ conprehendunt̄. Caput enī ericij cernit̄: qꝛ ꝗ initio ad culpā peccatoꝛ acceſſerit videt̄. Pedes ericij conſpiciunt̄: qꝛ ꝗbꝫ veſtigijs nequitia ſit perpetrata cognoſcit̄: ⁊ tamen adductis repente excuſatiōibꝫ malicioſa mens introꝛſus caput ⁊ pedes colligit: quia cūcta iniquitatis ſue veſtigia abſcondit. Caput ꝗdem ſubtrahit qꝛ miris defenſionibꝫ nec inchoaſſe ꝑauū ſe aliquid oſtendit: ⁊ quaſi ſpera in manu tenentis remanet. qꝛ is qui corripit cuncta que iā cognouerat: ſubito amittēs inuolutū cōtra conſcientiā peccatorē tenet. Et ꝗ totū iam in depꝛehendendo videret: tergiuerſatōne praue excuſationis deluſus: totū pariter ignoꝛat. Quibꝫ apulſi miſerijs iam ad lamenti oꝛdinem redeamus.

## Filia populi mei crudelis q̄ſi ſtrutio in deſerto

Que enī filia ppli niſi ecclia delinqntiū plangit̄: qꝛ ꝑfecto eo filia ſanctoꝝ qꝛ renata eſt in xpo ꝑdicat̄. Sed talibus et hmōi inuoluta moꝛa beſtiali peccandi vſibꝫ crudelis quaſi ſtrutio in deſerto efficit̄ Nihil niſi ꝑſentia cogitās: nihil in ſpe parens etiaꝫ actus ⁊ opa que admittit ſine caloꝛe charitatis iacere ꝑtermittit. Nullū future vite gerens curā nulla filioꝝ habens ſollicitudinē: ſed tantūmō preſentia vt diximus in tenebꝛis etiam eoꝛum obliuiſcit̄ operum: quaſi ſtrutio oua ſua que poſuerit. ¶ Quibus eccleſiarum relictis malis iam anima moraliter in ſe quid de defleat videamꝰ

Quando beſtialis feritas animarū quā ſepe ſempꝑ mulcet ad pietatem fidei xp̄i receptā: ita vt ⁊ nudant mammā doctrinarū ſuoſq; lactent mores quaſi lacte pietatis vt quicq̄d pri⁹ introrſus criminoſum apparuit, totum vbertas recōpēſet pietatis atq; amoris dei ⁊ ꝓximi. Solent eīn q̄z ſepe beſtiales anime q̄ prius ꝑ rationē videbant formā humanā pretendere. ꝑ ſeuitiā ꝟo feritatē ⁊ mores beſtiaꝝ gignere, cito quidē cōuerti ad melius ⁊ verba doctrina ꝝ ſuis exuere tegumētis. Ac deinde ſagaciſſimos vite act⁹ lacte nutrire eloquiorū dei: atq; animū inclinare ad pietatē: ⁊ dilectionez dei ⁊ ꝓximi. Vn̄ dn̄s. Utinā inq̄t frigidus eſſes aut calidus. ſed q: tepid⁹ es incipiā te, euomere ex ore meo. Ac ſi diceret. Utinā te ſeuiorē ꝑ frig⁹ impietatis ac beſtiales monſtruos quietos aſpiceres mores: certe aut calid⁹ ex dilectione dei ⁊ ꝓximi ꝑ flammaz charitatis Nūc aūt q: inter vtraq; tepidus es incipiā te euomere atq; reijcere a corpore vnitatis. Propterea q̄ morū ꝓbitas ſempꝑ ſequenda eſt: feritas edomanda: tepiditas ꝟo fugienda. ¶ Hinc q̄z fidelis anima dicat cū gemitu tandez actib⁹ ſuis dicat ⁊ moribus q̄ ⁊ lamie nudauere mammaz Per lamiā nanq; recte prudentia carnis deſignat̃. ¶ Porro prudentia carnis catulos ſuos: actus videlicet q̄s genuerit quaſi ſeuiſſima beſtiaruz q̄ aliunde quā morte lactat ⁊ nutritur: ſed q̄z ſepe in melius ꝯmutata de prudentia carnis (que mors ab apl'o nominat̃) in prudentiam ſpiritus cum trāſierit detegit crudelia enudat flagitioſa ⁊ lacte doctrinarum quaſi ab vbere pietat; lactat ⁊ nutrit catulos ſuos. ſcilicet mores ⁊ actus. Unde de feritate ad māſuetudinem tranſeūt de ſeuicia ad pietatem: de morte ad vitam: de infantia ad maturitatez. Sz prudētia carnis que longe diuq; obduruerit: iure quaſi filia populi mei crudelis ⁊ quaſi ſtrutio ī deſerto plāgitur. Fert̃ enim vt ſepe dictum eſt q̄ ſtrutio oua ſua cum poſuerit in deſerto (q̄a ſine calore amoris: ſine fomēto pietatis: ſine ſpe future prolis) abſq; cura ⁊ ſollicitudine derelinquit: ita ⁊ prudentia carnis omnes affectiōis actus quos peperit tantūmō p̄ſentiarum intendens ſine ſpez cura in mortē derelinquit. Unde ⁊ faſſus ſum recte mors appellatur. ¶ Propterea q̄ ſi filia virtutum ⁊ ſi crudelis a ꝓpheta plangit̃ quia dum ꝓuidere impoſterum fecūditatē ſeminis debuit ſolummō actus ſuos carni deditos ſine fomento ſpei ſine dilectionis amore quaſi ſtrutio oua ſua in mortez dereliquit. Sequitur.

## DELETH

a Adheſit lingua lactantis ad palatum eius in ſiti: paruuli petierunt panem: et nō erat qui frangeret eis.

Manifeſta lamenti narratio de iudeis extinct; matrib⁹ q̄ lingua lactātis ꝓ ſiti ad palatū adheſerit ⁊ paruuli grādiores panē cum peterent ſine virib⁹ nec erat qui frangeret eis. preſertim cum ⁊ ipſi cibus eſſent matribus. Unde minuſculi ſine lacte conſumpti: grandiores vero ſine cibo pe

riere fame perempti. ¶ Porro ſm al/
legoricos ſenſus lingua lactantis ad
